ſubditis naturalẽ defenſionẽ quã etiaʒ pꝛinceps tollere
nõ põt: ut.l.facultas. C. de iur. fiſ.li.x. ⁊ in cle. paſtoꝛalis
de re iudi. qꝛ naturalia ſunt ĩmutabilia: ut.v.di.ꝑ totuʒ.
⁊ inſti. de iur. natu.§.ſed naturalia. Sed qñ papa in he-
reſim labiť ipſe tẽdit ad necẽ ⁊ dãnationẽ oĩm ſibi ſub-
ditoꝝ: ut.d.c.ſi papa.xl.di. igiť iuſte populi poſſũt cõtra
eius mãdatũ reſilire ⁊ cõtra ipſum inſurgere.xv.q.vj.c.
iuratos. facit.xj.q.iij.c. qui reſiſtit: ⁊ c. impatoꝛes. Nõ
enĩ teneneť populi cũ paſtoꝛ efficiť lupus rapax: exaudi
re vocẽ eius qui eſt effectus mercẽnariꝰ ⁊ nõ paſtoꝛ. Io.
x.ca. Et qꝛ populi a papa heretico: ⁊ ſic excecato non de-
bẽt ſe ꝑmittere duci ire ſecũ oẽs in foueã cadant. Et hãc
ſn̄iam optime ꝓbat tex. in.l.ij.§.dñoꝝ.ff. de his qui ſũt
ſui uel ali. iur. vbi eſt tex. ꝙ licʒ dño nõ debeãt iura q̃ ha
bent in ſeruos diminui: tñ etiã hoc ſtatutuʒ eſt ꝙ ſi dñs
cõtra iura diuina uel naturalia agat in ſeruos ꝙ ipi ſer-
ui aduerſus dñm audianť. Siľiter ⁊ filius in ꝑtãte qui
nullã põt habere litẽ cũ patre: ut.l.lis nulla.ff. de iudici.
põt nõnũq̃ꝫ petere a patre ꝙ ipſũ emancipet ⁊ eximat a
patria ꝑtãte: vtputa cũ nimis eſt ſeuus in filiũ.l. quidaʒ
cum filiũ.ff. de ver. obli. no. in.l. nec vnuſ. C. de emã. lib.
⁊ ſimiliť ⁊ ſerui cõueniũt dñm tyrãnice ꝓcedentẽ. dicto
§.dñoꝝ. Sic ⁊ ſubditi pape cõtra fidẽ agente poſſunt iu
diciũ cõtra ipſũ etiã inuitũ cõſtituere: q̃ꝫuis al's cũ papa
nullũ poſſent habere iudiciũ: ut.d.§.dñoꝝ. Hinc etiã eſt
ꝙ doc. dicũt in.l. ut vim.ff. de iuſti. ⁊ iur. ꝙ licet reſiſte-
re per vim iudici qñ facit aliqua nõ iuſta in ſubditũ: nõ
tanq̃ꝫ iudex ſed ut p̃uatus. igiť ſi iudex armata mãu ſub
ditũ aggrediť ut occidat lege nõ ꝑmittẽte licet ſubdito ſe
tueri: etiã ſi nõ poſſet aliter iudicẽ occidẽdo: lʒ ſi iudici-
aliter faceret nõ liceret: qꝛ nõ licet ꝓpulſare legitimũ ag
greſſoꝛẽ.l.ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. cõfu. Sic qñ
papa ꝓlabiť in hereſim vim facit in ſubditos. nam ⁊ ex̃
officiũ: qꝛ iam nõ eſt plus in officio: iõ iuſte ſubditi in-

ſurgunt ↄtra eum: ⁊ per illũ tex. §. dñoꝛ. dixi. ſ. in qõne
an valuit donatio Cõſtãtini: ꝙ populi ſubditi poſſunt
deponere dñm effectũ tyrannũ. nec tenent̃ ei in malis ſu
is ꝑceptis obedire. tex. eſt in dicto. c. qui reſiſtit. ⁊. c. im-
peratoꝛes. xi. q. iii. Et ideo nõ debent pati populi papaꝫ
hereticũ: nec legeꝫ eius quã faceret: ne de hereſi ipſa co-
gnoſcat̃. Siliter dico ꝙ papa nõ põt ſtatuere uel legem
facere: aut aliquid aliud vbo uel facto diſponere ex quo
turbet̃ ſtatus vniuerſalis eccl'e: ⁊ populus xpian⁹ totus
ponat̃ in graui periculo: ⁊ diſcrie: ut no. Inno. ⁊ doc. in
c. quãto. de cõſue. imo totũ ecõtra curare debet: ut ſalus
eccleſie vniuerſalis ſemꝑ ſalua ſit. tex. eſt. xxiiii. q. i. c. me
moꝛ ſum. ⁊. xxv: q. i. c. que ad perpetuã. ⁊ eadeꝫ cã. q. ii. c.
ii. c. ſi ea. Et eſt ratio: qꝛ tunc papa nõ eſſet defenſoꝛ: con-
ſtructoꝛ: ⁊ cõſeruatoꝛ eccleſie: ſed deſtructoꝛ ſiue diſſipa
toꝛ: ut no. in dicto. c. ſi ea. cõtra prefatã ſñiaꝫ apl'i ſcõa ad
Coꝛintheos. xiii. Dicẽtis ꝙ poteſtas pape eſt in edifica-
tionẽ nõ in deſtructionẽ. Nam ut dicit Inno. de pleni-
tudine ptãtis papa põt oĩa: preterꝙ̃ ſpecifice ꝓhibita ſi-
bi. vel qꝛ faceret cõtra fideꝫ: ut. xxiiii. q. i. accatius. ⁊. xix.
di. anaſtaſius: vel cõtra generalẽ ſtatutũ eccleſie: in quo
⁊ ſi poſſet nõ eſſet ei ꝑmittẽdũ. ⁊ ita no. Inno. ⁊ doc. ĩ di
cto. c. quãto. de cõſue. ⁊ no. Jo. hes. xxv. q. i. que ad per-
petuã: ſed eſt opus tunc celebratiõe cõcilii. iõ dicũt doc.
in. c. nulli. de ſen. excõ. ꝙ ipſe nõ poſſet tollere ſtatutum
canonis: ſiq̃s ſuadẽte diabolo. xvii. q. iiii. i. q. iii. c. ex m'-
tis. ⁊ de temp. oꝛ. c. cũ dilectus. Modo ad ꝓpoſitũ ſicut
papa nõ põt facere legẽ expreſſaꝫ ꝙ de hẽ ſi nõ redargu-
atur: cũ eſt dubia etiã occulta ſua hereſis: ut in dicto. c. ſi
papa. ita hoc ipſũ facere nõ põt nõ cõuocãdo cõciliũ: ul'
ipſo cõuocato auctem nõ interponẽdo. Et idem in oĩ
caſu vbi tractat̃ ꝓbabile dubiuꝫ papatus: qꝛ hic agit̃ de
bono vniuerſalis eccleſie: ⁊ in quo tota eccleſia ſcãdali-
zari põt. Et ponit̃ totus populus xpianus in diſcrimine
ne foꝛte parare cogant̃ apoſtatico nõ apl'ico: ⁊ ille q̃ foꝛ
te nõ intrauit canonice cathedrã Petri: uel qui iuſte eã
nõ detinet. vnde exiſtens in quaſi poſſeſſiõe papat⁹ ob-
ligat̃ ex debito cõuocare cõciliũ uel ipſo cõuocato atq̃
cõgregato auctem interponere: ut in iuribus antedictis.
⁊ ſi nõ facit uel negligit eius nõ eſt ampli⁹ auctas expe-
ctãda tanq̃ ſtatuat tacite ꝙ de hereſi non arguat̃: uel ꝙ
bonũ vl'is eccleſie perturbet̃ ⁊ populus xpianus in gra-
uiſſimo periculo ſupponat̃. quo caſu põt dici a fide de-
uius: ⁊ ſic ſubiacet diſpoſitiõi cõcilii: ut in. c. ſi papa. xl.
di. Igit̃ hoc caſu dico ꝙ aut eſt notoꝛiũ ꝙ exiſtens in q̃
ſi poſſeſſiõe papatus eſt in hereſim ꝓlapſus: uel ꝙ ẽ apo
ſtaticus nõ apl'icus: tunc cõciliũ põt cõgregari ſine eius
auctẽ: Ratio: qꝛ ſi cõſtat ꝙ ſit notoꝛie hereticus uel apo
ſtaticus. Apparet etiã ꝙ nõ eſt papa: ut in. c. romana. §.
notoꝛie. de cenſi. in. vi. ſic intelligo tex. xxiiii. q. i. accaci⁹.
nõ diffidebat̃ erroꝛẽ: uel erat ita notoꝛius ꝙ nõ ſuberat
defenſio. de re iudi. cum olim. vnde hoc caſu nõ eſt op⁹
iudicare de hẽſi: ſed tñ declarare de pena prius per ca-
nones tali hereſi impoſita. ⁊ ſic inuocatiõe cõcilii uel ei⁹
auctoꝛizatiõe nõ eſt opus eius auctoꝛitate cũ non ſit pa-
pa: ⁊ de eius negligẽtia cõſtet notoꝛie: qꝛ ſtatim ꝙ erat
lapſus in hereſim debuit cõuocare cõciliũ: qꝛ ſi nõ fece-
rit eſt notoꝛius effectus hereticus: notoꝛia etiã eſt negli
gẽtia eius: dicto. c. romana. §. notoꝛia. de cenſi. in vi. Sꝫ
tunc cuꝫ eccleſia vacet: poteſtas ipſa papalis remanet in
ipſa eccleſia vl'i: ⁊ ipſa coadunata põt ĩterponere ſibiip
ſi auctem: ⁊ decernere ↄgregationẽ de ſeipſis factã foꝛe
legitimã: ⁊ quicũq̃ eos vocaſſet ipſi vocati talẽ vocatio
nẽ auctoꝛare poſſent cũ ĩ eis repſentantibus vniuerſalẽ
eccleſiã: hoc caſu ſit oĩs poteſtas pape: ⁊ ſic papa põt au-
ctoꝛare cõciliũ qõ etiam eſt vocatũ pro ſua cã papatus:
ut eſt tex. in. §. hinc etiã. xvii. di. ⁊ eſt ſpeciale in papa ut

auctoꝛet̃ in facto ꝓpꝛio: ſicut in facto ꝓpꝛio eſt ſpãle in
eo ut nõnunq̃ in cauſa ſua ipſe ſit iudex: ſic ⁊ cõciliũ eti
am minus ſolẽniter cõuocatũ põt ſibiipſi auctoꝛitatẽ in
terponere: uel nõ valẽte ſicut ⁊ auctoꝛauit cõciliũ minus
rite vocatũ ſimachus papa. xvii. di. §. hinc etiã. Et h' cãu
etiam poſſent cõgregare cõciliũ cardinales altero ex du
obus mõis. Primo: qꝛ quãdo occurrit arduũ dubiũ ce
leritatẽ requirens ⁊ eccleſia vacat: ſicut eſt in hereſi pape
uel qñ eſt apoſtaticus notoꝛius: tunc iuriſditio pape de
uoluitur ad cardinales omẽs cõcoꝛdes: ut in. c. vbi peri
culũ. §. idem quoq̃. de elec. li. vi. Et licꝫ cõuocatio conci
lii fiat ut diſceptet̃ de papatu: ⁊ preparatoꝛia ad cãꝫ pa-
patus tñ ipſa vocatio cõcilii uel auctoꝛizatio eius nõ eſt
de cauſa papat⁹: ita ꝙ nõ liceat cardinalibus ſe de ipa ĩ-
tromiterere ſm ea que dixi. ſ. in qõe quis huius cauſe
iudex ſit. Et ideo tanq̃ habẽtes iuriſditionẽ pape: h' ca-
ſu poſſent omnes cõcoꝛdes cõcilium cõuocare citãdo ⁊
auctoꝛizãdo cõciliũ. Secũdo quãdo oẽs cardinales nõ
cõcoꝛdarẽt: maioꝛ pars tunc poſſet hoc caſu cõciliũ con
gregare: qꝛ talis vocatõ põt dupliciter fieri. Uno modo
auctoꝛizabilit̃ ⁊ per viã citatiõis: ⁊ iſtã nõ poſſent h' ca-
ſu facere. Cardinales pro maioꝛi parte ſi nõ eſſent omẽs
ↄcoꝛdes: qꝛ nõ hñt aliter ptãtem pape: niſi cũ omnes ſũt
cõcoꝛdes: ut dicto. c. vbi periculũ. §. ideoq̃. de elec. li. vi.
Et iſta pertinẽt ſolũ ad papam: ut dicũt iura. ſ. deducta
Alio mõ hec vocatio põt fieri nõ per viam citatiõis uel
auctoꝛitatis uel imperii ſed via denũciatiõis uel moni-
tionis uel requiſitõis: ⁊ tunc fit hec qñ nõ eſt ſuperioꝛ q̃
poſſit uel velit facere vocationẽ cũ citatione ⁊ ĩminet ne
ceſſitas faciẽdi: ut no. doc. ⁊ Inno. in. c. cũ nobis oliꝫ. de
elec. Iſtã põt facere maioꝛ pars cardinaliũ: qꝛ hanc poſ-
ſunt facere pares ⁊ minoꝛeſ. de offi. dele. c. cum cauſa. in
ꝑma glo. vltra mediũ. no. in. c. qualiter. de cle. nõ reſi. Et
ſic etiã emptoꝛes denũciant vẽditoꝛibus: ut. ff. de actio.
emp. l. ſi rem. §. fi. de emp. ⁊ vẽdi. c. fi. ſic etiã fiũt intima-
tiones: ut in cle. cum cãm. de elec. faciũt not. de ſupplen.
negli. ꝑla. c. i. no. de accu. licet. de voto magne. Et hãc cõ
uocationẽ debent facere qui ſunt in potioꝛi gradu poſt
papã: ⁊ ſic cardinales primũ: ut. l. i. ff. de albo ſcri. qꝛ etiã
inferioꝛes ſupplent negligẽtiã pape. xii. q. ii. c. nõ liceat.
⁊. ii. q. vii. c. qua ꝓpter. ſicut ⁊ archidiaconus ſupplet de
fectũ epi. de offi. archid. c. i. ⁊ papa defectũ imperatoꝛis:
ut in. c. licet ex ſuſcepto. de fo. ↄpe. ⁊ ſic ecõuerſo poterit
imperatoꝛ hoc caſu ſupplere defectũ uel impotẽtiã pape
ſi cardinales ipſi eſſent negligentes ꝙ vtiq̃ dicerent̃ ne-
gligẽtes ſi ſtatim ꝙ defectus pape eẽt notoꝛius ipſi car-
dinales nõ vocarẽt ↄciliũ: ut dicto. c. romana. §. notoꝛia
de cenſi. Unde in primitiua eccleſia in qua papa nõ po
terat cõcilia cõuocare: ⁊ hereſes inter xpianos: propter
hec ⁊ ſciſmata naſcebant̃. xv. di. c. i. Cõſtantinus impe-
ratoꝛ ſuppleuit defectũ pape: ⁊ primã nycenã ſynodum
cõgregari mãdauit ⁊ querelã multoꝝ coꝛã ſe cõuocari
fecit. xi. q. i. c. futurã eccleſiã. v. ideꝫ vero. ergo ecce ꝙ in
cõuocatiõe cõcilii data in potẽtia pape: princeps conci-
liũ cõuocari iuſſit ad hoc. xv. di. §. harũ prioꝛ. ⁊. c. ii. ⁊ de
hoc eſt tex. xvi. di. c. habeo librũ. cum ſeq. c. ⁊. xi. q. i. cõti
nua. ⁊ probat̃ hoc in geſtis Anthioceni cõcilii. c. i. et in
geſtis Silueſtri pape. c. ii. Et ſecũda ſynodus celebrata
eſt ſub Theodoſio ſenioꝛe. Tertia ſynodus ſub iunioꝛe
theodoſio. Quarta ſub martiniano ꝑncipe. Quĩta ⁊ ſex̃
ſub Juſtiniano. xvi. di. §. ſexta. Item Carolus magnus
cõſtituit conciliũ cũ Adriano. lxiii. di. adrianus. Quare
cõcludo ꝙ ſubſiſtẽte neceſſitate hanc vocationẽ poterũt
facere cardinales: uel etiã imperatoꝛ: qꝛ eius intereſt ꝙ
pax ſit nõ ſolũ in vꝛbe. ut. xvii. di. hinc etiam. ſed ⁊ in to-
to oꝛbe: qꝛ ꝓpter diſſentionẽ papatus ſcandalizat̃: nõ ſo
lum vꝛbs ſed oꝛbis poterit etiã quilibet xpi fidelis. lxv

di.ſi forte.qꝛ qñ eſt notoria hereſis uel apoſtaticus no-
torius poſſunt maiores de negligẽtia redargui:dicto.c.
romana.§.notoria.de cenſi.in.vj.Et ideo quilibꝫ poſſit
cõuocare conciliũ.Dico per viam requiſitõis uel moni
tionis nõ per viã citatiõis uel auctorizatõis: imo cõtin
gens eſſet ꝙ ipſamet ſancta ſynodus ſe poterit cõgrega
re:quia qđ ſuperiores vocent nõ eſt de ſubſtãtia: ⁊ ideo
apl'i multotiens ſpũ ſancto vocante ſe coadunabãt nul-
lo ſuperiore ꝯuocante. pꝫ Actuũ.vj.ca.ibi cõuocãtes au
tẽ.xij.multitudinẽ diſcipuloꝝ. Et ſi ſunt due partes vo-
candoꝝ illi habent poteſtatẽ alios cõuocandi ⁊ cõſtitu
endi in mora:ut no.doc.in.c.cũ nobis olim.de electi.Et
ſic poſſibile foret ꝙ omnes ſimul cõuenirẽt abſqꝫ voca
tiõe valeret ꝙ per ipſos fieret. Ratio:qꝛ illa vocatõ que
fit a ſuperiore eſt quedã citatio que de pñte non eſt ne-
ceſſe fieri:qꝛ certus certiorari nõ debet: ⁊ ita tenet archi
dia.lxxxij.di.ꝓpoſuiſti.no.de elec.bone.j.⁊ in.c.j.de iu
di.⁊ ibi per modernos legiſte in auc.ſi omnes.C.ſi ut ſe
ab here.abſti.⁊ in Rica de in ius voca.Et ſi dicit̃ ꝙ tũc
erit cõciliabolũ nõ cõciliũ:cum careat auctoritate ſedis
aplice:dicto.c.multis.xvij.di. Reſpõdeo ꝙ ipſa ſancta
ſynodus ſic cõuocata uel coadunata papa nõ exiſtẽte et
ſede vacãte tanqꝫ habẽs omnẽ poteſtatẽ pontificalẽ po
terit ſibiipſi auctem interponere qñ apud eũ in caſu ꝑ-
dicto reſidet oĩs poteſtas pape:nec erit tũc acephala uł
cõciliũ acephalũ:qꝛ eius caput eſt tunc xp̃us:ut no. Do
ſti.⁊ refert glo.in.c.j.de ſciſmati.in.vj.ſic debet intelligi
tex.Cõſtantieñ.cõcilij:qui dicit ꝙ generale cõciliũ im-
mediate poteſtatẽ habet a xp̃o: Naꝫ debet intelligi pa
pa nõ exiſtẽte: ⁊ periculũ in eccleſia iminente qđ eſt:uel
quãdo papa eſt heretic⁹:uel nõ vult periculo eccleſie ob
uiare:qꝛ tunc caput eſt xp̃us. Ipſe eñi papa ꝓpter here-
ſim incurſam nõ eſt amplius caput:Et idem qñ nõ vult
eſſe caput ⁊ iminet periculũ: ⁊ tunc habet conciliũ pote-
ſtatẽ a xp̃o: ⁊ omnis poteſtas põtificalis eſt in eo: ut.ſ.
dixi:qꝛ eſt tunc ut dixi in eccleſia vniuerſali.Sed ſi non
eſt hereticus ⁊ vult periculis occurrere:tunc papa eſt et
erit caput:qꝛ nõ dicit illud decretũ ꝙ poteſtas nõ ſit in
papa. Nam ſi poneres ptãtem in cõcilio:poneres etiam
in papa: ⁊ ſic poneres duo principia:qđ eſſet hereticum
xxiiij.q.cerdoniã. Item ſi poneres in cõcilio: ita ꝙ non
in papa diſrũperes vnitatẽ eccleſie:que ꝓncipaliter cõſi-
ſtit in papa capite ergo catholico eſt implere debituꝫ et
periculis ⁊ periclitatiõi eccleſie occurrẽte:ipſe eſt caput
eccleſie: ⁊ oĩs eſt in eo poteſtas. Sꝫ eo heretico uel peri-
culis ⁊ periclitatiõi eccleſie nõ occurrẽte: caput eſt tunc
ut dicit decretũ cõcilij xp̃us. Item erit caput eoꝝ ſpirit⁹
ſcũs:qui deſcendet ſup eos cõgregatos in vnũ ad taꝫ ſa
lubre opus peragendũ.xxiiij.q.j.alienus.in fi.Et idẽ di
co qñ aliquis eſſet in quaſi poſſeſſione papatus et eius
hereſ:uel cauſa papatus eſſet dubia uel occulta: quo ca
ſu etiã adhuc papa ſubijcit̃ iudicio cõcilij:ut not.glo.in
dicto.c.ſi papa.xl.di.⁊.ſ.dixi:tunc lꝫ ꝓncipaliter ad euꝫ
ſpectet cõciliũ cõuocare:uel ipſi qũocunqꝫ cõuocato au
ctoritatẽ interponere:ut dicto.§.hinc etiaꝫ.xvij.di. ſi tñ
uel negligit:uel nõ vult cõciliũ cõuocare:uel ei cõuoca-
to preſtare auctem.uel ſi vellet eũ diſſoluere ante cogni
tionẽ cauſe ſue:in oĩbus ſunt predicta remedia. Naꝫ eo
primũ nõ cõuocante:cum nõ poſſit ut dixi talẽ legem fa
cere ꝙ de hac cauſa nõ cognoſcat̃:ut no.in dicto.c.ſi pa-
pa:tunc poterũt inferiores per viaꝫ monitiõis hoc caſu
uel requiſitõis conciliũ cõuocare:qꝛ cũ papa his caſib⁹
debeat ſubeſſe iudicio cõcilij inuitus:etiam iudiciũ ſu-
ſcipiet.l.inter ſtipulantẽ.§.j.de ver.obli. Nec debet eſſe
in eius arbitrio an cõueniat̃.ff.de eo qđ cer.lo.l.nõ vti-
qꝫ.Et cõcilio cõuocato:ſi ipſe volet auctem ipſi interpo-
nere poterit:ut dicto.§.hinc etiam. Sed ſi non volet au
ctoritatẽ cõcilio interponere ꝯgregato: tunc cõciliũ qđ
eſt iudex in his cauſis poterit ad auctez preſtandã ipſũ
cogere.ar.ff.de leg.j.l.huiuſmõi.§.fi. Sꝫ ſi forte pateret̃
ſe potius decoriari qꝫ vellet auctorari:uel forte ſi eẽt ab
ſens:ita ꝙ cogi nõ poſſet: tunc conciliũ ipſum ſic cõuo-
catũ qđ eſt iudex interueniet loco ipſius pape: ⁊ ſupple
bit eius vicẽ.l.j.⁊.l.vidue.C.de nupt.facit.l.honoꝝ.C.
qui admit.ad bono.poſ.po.⁊.C.de iur.deli.l.ſi infanti.
ff.de iur.do.l.profecticia.Et eſt cautela ꝙ tunc cõciliuꝫ
pronũciet papã nolentẽ auctorari cõcilio fore ſuſpectuꝫ
⁊ loco ſue auctatis conciliũ ipſum auctoritatẽ interpo-
nat:qꝛ ut dixi in his maior eſt ſñia ꝯcilij qꝫ pape. ⁊ ideo
inferiore ſine cauſa renuẽte cõſentire:uel auctem inter-
ponere:debet adiri ſuperior qui conſentiat.tex.eſt in.c.
nullus.de iur.patro. Hoc ſimile dicũt doc.ꝙ ſi ex forma
legis pater debet preſtare auctem uel cõſenſum filie vo
lenti teſtari:ꝙ ſi pater denegat ſine iuſta cauſa preſtare
cõſenſum ꝙ iudex preſtabit talẽ cõſenſum. ut no.in.l.ſi
cum dotẽ.§.eo aũt tẽpore.ff.ſo.ma.⁊ iđ ꝯciliũ preſtabit
in tali caſu ſuã auctem: ⁊ iudicabit in cauſa ꝓpria ſeip-
ſum cõciliũ legitime cõgregatum: ⁊ hac de re.tex.in.c.j.
xvij.di.cũ miniſterio.dixit ꝙ conciliũ non poterat ſine
pape auctoritate regulariter fieri:quaſi velit ꝙ alˢ poſ-
ſit fieri: ⁊ recedat̃ a regula:ut ibi. Item ſi papa preſtitiſ-
ſet cõcilio auctem nõ poſſet eũ ante cãm finitã diſſolue-
re:qñ inuitus iudicio ſubijcit̃:dicta.l.inter ſtipulantẽ.
§.j.Et qꝛ eſt maior ſñia concilij in hac cauſa qꝫ pape: ut
no.glo.xv.di.ſicut ⁊ etiam:qꝛ ipſe papa nõ põt legem fa
cere ut dixi:ne de his cauſis cognoſcat̃: ⁊ ſic per indire-
ctum:nõ poteſt cognitionẽ huius cãe impedire cõciliũ
diſſoluẽdo:lꝫ in alijs cauſis poſſet verus papa ad nutuꝫ
cõciliũ ꝯuocare: ⁊ qñ vellet diſſoluere:nec alius quiuis
poſſet papã cogere:uel ꝙ aliter faceret ꝓhibere.xvij.di.
nõ licuit.niſi vbi tractat̃ cauſa fidei:uel boni vniuerſał
eccleſie:hedeꝫ vie per omnia tenẽda ſunt duobus de pa
patu cõtendẽtibus:qñ ſi vnus ſolus fuit per prius in to
tali quaſi poſſeſſiõe:ipſe debebit cõuocare cõciliuꝫ: uel
ipſe minus iuridice vocato auctem interponere:tex.eſt
in dicto.§.hinc etiã.iunctis his que dixi.ſ. ⁊ que habẽ
tur in cronicis:videlꝫ ꝙ de papatu cũ Simacho cõten-
derꝫ laurẽtius.ſꝫ qꝛ ſimachus fuerat in quaſi poſſeſſiõe
papatus:ipſe cõcilio auctem interpoſuit.Et hoc intelli-
ge ſane:etiam ſi ex poſtfacto fuiſſet poſſeſſione papatus
in totũ uel in partẽ ſpoliatus:ut qꝛ fuiſſent multi qui a
papa diſceſſiſſent.naꝫ tunc papa ante omnia eſſet in ſua
ſede reſtituendus tanqꝫ ſpoliatus:ut.ij.q.vij.§. itẽ ſima
chus. Et ipſe nihilominus deberet auctem cõcilio intẽ-
ponere:ut dicto.§.hinc etiam.ꝙ ſi nollet cõuocare cõci-
liũ:uel ipſi auctoritatẽ preſtare: tũc ſuccederẽt remedia
ſupradicta. Nec obuiat ſi dicit̃ remedia ſuprapoſita:nõ
videnť bona ſi vera ſunt que ꝓrime dicta ſunt ꝙ papa
ſpoliatus quaſi poſſeſſione papatus poſſet petere reſti-
tutionẽ.Ex hoc ſequeret̃ etiam ꝙ ſi papa erit notorius
hereticus ⁊ apoſtaticus ſed in quaſi poſſeſſiõe papatus
ꝙ alij nõ poterũt conciliũ cõuocare:uel ꝙ conciliũ ꝯuo
catũ nõ poterit ſibiipſi auctoritatẽ interponere: quia ſic
agendo exiſtens in quaſi poſſeſſiõe papatus:poſſꝫ dice
re ſe ſpoliari quaſi poſſeſſiõe papat⁹ ⁊ petere ſe reſtitui:
per tex.dicti.§.item ſi ſimachus.ij.q.vij. ⁊ ſic impediet̃
remedia ſupra data. Itẽ dicere magis poterit alius exi-
ſtens papa ⁊ in hereſi occulta uel apoſtaticus occultus:
qñ nõ vellet cõgregare cõciliũ:uel ei auctẽ interponere
Naꝫ ſi alius cõuocabit ab ipſo papa ſe ſeparabit: uel ſi
cõciliũ ipſum nollet ſupplere defectũ ipſius pape:pote-
rit ipſe dicere:ſi cõciliũ facit ea que tñ ad papã ꝑtinent
ꝯciliũ ſpoliat me quaſi poſſeſſione mei papatus in qua
ſum: ⁊ pꝫ ſe reſtitui: ⁊ irritabit oĩa ſupradicta remedia:

⁊ erit perplexitas peioꝛ prioꝛe. Nã huic ꝑplexitati ⁊ ob
iecto facile reſpõdet. Et p̃mo notoꝛius hereticꝰ uel apo
ſtaticus nõ poterit excipere ſe ſpoliatũ: qꝛ notoꝛie ↄſtat
ꝙ nõ eſt papa: ſed ꝙ ptãs papalis reſidet mõ in eccleſia
vniuerſali: ut. s̃. dixi. Et exceptio ꝓprietatis notoꝛie ob-
ſtat ſpoliato de ſpoliatiõe excipiẽti: ut in. c. ad decimas
de reſti. ſpo. li. vi. ⁊ de diuoꝛ. c. ſignificaſti. de fil. presby.
c. cõſtitutus. cũ ſi. no. doc. in dicto. c. dilectus. de oꝛ. cog.
loquoꝛ qñ eſt notoꝛiũ ꝓueniens ex veris ꝓbationibus
⁊ factis: nõ in ſolis p̃ſumptionibus: qꝛ tunc nõ denega-
ret ꝓpter tale notoꝛiũ reſtitutio: ut no. in. c. poꝛꝛo. de di
uoꝛ. ⁊ ibi tex. qui ſic põt intelligi: Occultus etiã apoſta-
ticus uel hereticus in caſibus p̃dictis non poterit tanq̃
ſpoliatus reſtitutionẽ perere: qꝛ ego dixi. s̃. ꝙ eſt ipſe q̃
exiſtens in quaſi poſſeſſione papatus debet ↄuocare cõ
ciliũ: uel ipſi auctez interponere: ꝙ ſi nõ facit iure ꝑmit-
tẽte alij poſſunt facere: quo caſu ipſe tanq̃ ſpoliatus nõ
põt reſtitutionẽ petere: qꝛ qñ ſpoliatio fit iuris auctori
tate non dat ſpoliato reſtitutio. Vñ ſi aliquis ſpoliauit
me: ⁊ ego incõtinẽti ſpolio ipſũ: nõ dat ipſi tanq̃ ſpoli-
ato reſtitutio. Item ſi ſubtraho me a notoꝛio foꝛnicato
re ſm̃ caſũ. c. noſtra. de coha. cleri. ⁊ muli. nõ dat recto-
ri reſtitutio. xxxij. di. preter hec. hoc ꝓbat in terminis no-
ſtris in papatu: ſi ſpolio notoꝛiũ intruſura in papatu nõ
datur reſtitutio ſibi: ut eſt tex. lxxix. diſ. ſiquis pecunia.
⁊. c. ſi duo. ⁊. xxiij. diſ. in noĩe dñi. in fi. not. glo. iij. q. j. in
ſumma: ⁊ in. §. patet. Et qꝛ vbi eſt notoꝛiũ ⁊ nutrit pecca
tũ: ibi nõ datur reſtitutio: ut no. glo. in dicta ſũma. iij. q.
j. no. de reſti. ſpo. lr̃as. ⁊ qꝛ euidens iniuſta poſſeſſio nõ
cauſat poſſeſſoꝛiũ: ut no. Inno in glo. magna in. c. cũ ec-
cleſia ſutrina. de cau. poſ. ⁊ ꝓprie. Et exiſtens in obediẽ
tia debita uel ſeruitute: põt ſe a preſtatiõe obediẽtie uel
ſeruitutis ſeparare: vbi ex tali preſtatiõe ſeruitutis uel pa
tientie nutriret peccatũ. xxij. q. ij. ſiquis vxoꝛẽ adulteraz
poſſit priuare debito cõiugali ꝓpria aucte per iura p̃di
cta. Ex quibus patet ꝙ ſupꝛa remedia data ſubſiſtũt: qñ
aũt plures de papatu decertãtes eſſent ambo in q̃ſi poſ-
ſeſſione papatus: tũc nullus ipſoꝝ p̃bebit auctem conci-
lio: qꝛ illud qđ dicit ꝙ papa uel exiſtens in quaſi poſſeſ
ſione papatus: ſolus debet cõuocare cõciliũ: uel ipſi pre
bere auctem hꝫ locũ qñ vnus a principio ẽ in quaſi poſ
ſeſſione papatus vl̃iter: ⁊ ita loquunt cĩa iura hoc dicẽ
tia. Sed ſi ſunt duo ⁊ ſciſſe a principio papatũ poſſiden
tes: tunc neuter cõuocabit cõciliũ uel ipſi auctem intꝑo
net per ratiões antedictas. Sed tũc qñ eccleſia dicat q̃-
ſi vacare: ut no. in. c. j. de ſciſma. ⁊. s̃. dixi: erit idem ꝙ qñ
eccleſia vacat: ⁊ eſt opus cõcilio: ut quilibet per viã inti
matõis poſſit eum cõuocare ⁊ cõciliũ ipſũ ſic cõuocatũ
ut dixi ſibi auctem interponet. Et hec cõcluſio ꝓbat in
c. ſi duo. lxxix. di. vbi ↄciliũ recognoſcit duobus de pa-
patu ↄtendẽtibus. nec dicit ibi quis ↄcilium ↄuocet: ut
patet in geſtis dicti cõcilij. ⁊ in geſtis Bonifacij. c. j. Et
hoꝝ ẽ rõ: qꝛ paria ſunt nõ eſſe uel nõ apparere. l. duo ſũt
ticij. de teſta. tute. ⁊. l. in lege. ff. de cõtrahen. empt. Sed
quãdo nõ eſt papa: ut qꝛ notoꝛie hereticus uel apoſtati
cus: uel quãdo duo ſunt ↄtendentes: quoꝝ nullus ſit in
quaſi poſſeſſiõe papatus: ſaltum totali a principio: tunc
ↄcilium põt congregari quãdo vult ⁊ in loco pꝛout eis
placet. text. eſt in. c. ſiquis pecuniã. lxxix. diſt. vbi aperte
tex. dicit ꝙ cardinales ⁊ alij clerici ⁊ laici deum timen-
tes: qui omnes nõ ſunt aliud q̃ conciliũ: poſſunt talem
apoſtaticũ anathematizare: ⁊ ſi nõ poſſunt intra vꝛbem
faciant extra in loco pꝛout eis placuerit. Nota ꝙ qꝛ nõ
dicit ut illi apoſtatico videbit uel placuerit: ſed vbi ipſis
placuerit. vnde ibi eſt tex. ꝙ tunc ↄcilium cõuocat quã
do nõ eſt papa pꝛout videbit cardinalibus ⁊ alijs. Et ẽ
ratio: quia in ſciſmaticos etiam laici principes iuriſditi

onẽ habent ⁊ ↄtra apoſtaticũ: ut eſt tex. cõiuncta glo. in
c. principes. xxiij. q. v. ⁊ ibi eſt tex. ꝙ quãdo deficit pote
ſtas eccleſie ſupplet poteſtas ſecularis. Et ideo ſi ꝓpter
contẽtionẽ duoꝝ de papatu contẽdentiũ nõ poteſt vni
ri eccleſia: tunc inſurgere poſſunt alij etiam principes ſe
culares: ut dicto. c. principes. ⁊ infra dicaꝫ: ⁊ hoc modo
eſt ſoluta omnis perplexitas. Reſtat ut reſpondeat
ad aliqua ↄtraria: ut omnia plana ſint. Et ad primas ra-
tiones de perplexitate eſt ſupꝛa reſponſum. Et ſimiliter
ad illud ꝙ cõuocatio fiat per maioꝛẽ de vniuerſitate: ut
per habentẽ poteſtatez citandi: quia illa ſunt vera quan
do cõuocatio fieret per viam auctoꝛitatis uel citationis
ſecus autẽ quãdo per viam ſimplicis monitiõis ut dixi
quia tunc etiam faciũt eam pares uel minoꝛes qui non
querunt ex tali vocatione quẽq̃ ſibi ſubijcere ſed remo
uere. Et ſic tollit illud aliud: ꝙ ſic vocans videt papam
uel alios maioꝛes uel ſibi pares ſubijcere. Ad illud ꝙ
debeat fieri per exiſtentẽ in quaſi poſſeſſione papatꝰ vo
catio: fatenduz eſt dũmodo velit: ſed eo nolente: ne iura
ſint ludibꝛia: ſuccedũt remedia ſupꝛa data. Idem dum
dicit ꝙ nullo exiſtente in quaſi poſſeſſione papatus nõ
erit qui cõuocet ↄcilium: hoc eſt falſum: ut pꝛobat in di
ctis capl̃is. ſi duo. ⁊. c. ſiquis pecunia. lxxix. di. Ex quibꝰ
apparet ꝙ in vno erant duo tñ de papatu cõtendentes
⁊ intruſi. ⁊ in alio ſoluz vnus apoſtaticus. ⁊ in dictis ca
pitulis eſt tex. ꝙ ↄcilium tales expellit ⁊ iudicat. ſꝫ quis
tunc poteſt tale cõciliũ ↄuocare: neceſſe habes dicere ꝙ
alij clerici uel imperatoꝛ: aut alij ſeculares. ar. l. iij. §. ſi de
bitoꝛem. ff. que in frau. cre. ⁊ eoꝝ que no. in. l. j. C. neq̃
in cau. ſua ius dicat. Ratio: quia his caſibus etiam laici
iuriſditionẽ habent: ut eſt tex. in dicto. c. principes. xxiij
q. v. ⁊ dicto. c. ſi duo. ⁊. c. ſiquis pecuniaz. ⁊. xxiij. di. c. in
nomine dñi. Item quia quãdo eſt notoꝛius ſolus apo-
ſtaticus: uel papa notoꝛie pꝛolapſus in hereſim vacat ſe
des: ⁊ ꝙ tunc cum indigeamus ↄcilio non ſit qui cõuo-
cet uel auctoꝛitatẽ ipſi preſtet: eſt ridiculũ dicere: qꝛ ſal-
tim papalis poteſtas reſidet in tota ipſa vniuerſali eccle
ſia: ut pꝛobat tex. in dicto. c. ſiquis pecuniam. lxxix. diſ.
qui prebet eccleſie iuriſditionẽ contra intruſos. ad idez
tex. xxiij. di. in nomĩe dñi. in quibus iuribus pꝛobatur
ꝙ exiſtente apoſtatico: ⁊ ſic vacante ſede: eccleſia vniuer
ſalis habet iuriſditionẽ. facit tex. in dicto. c. ſi duo. Pro
iſta parte facit: qꝛ etiaꝫ pape poteſt fieri monitio publi
ca quãdo eſt hereticus: que eſt ut dicat eccleſie: ut not.
docto. in. c. nouit. de iudi. vbi tibi dicunt: ꝙ monitio po
teſt ei fieri publica: quãdo papa eſt hereticus: que ẽ: ut
dicatur eccleſie: ergo eccleſia habet hoc caſu iuriſditiõꝫ
ſupꝛa papã. xxi. di. nũc autẽ. ⁊. xix. di. anaſtaſius. ⁊ in oĩ
caſu vbi non põt papa ꝓuidere põt eccleſia vniuerſalis.
Hinc eſt ꝙ in p̃ma eccleſia anteq̃ eſſent diſtincte dioce
ſes: ⁊ meſſis erit multa ⁊ operarij pauci: ĩdifferẽter apo
ſtoli per totũ oꝛbem oꝛdinabãt: licꝫ ut dixi quãdo erat
petrus deferrẽt petro. Unde ↄcludit ꝙ vacãte ſede ma-
nẽte neceſſitate eccleſia vniuerſalis habet oẽm poteſta-
tẽ pape: ſed nõ ſubſiſtente neceſſitate: nõ credo ꝙ impo
nat manus ad ea que cõpetunt tñ pape: ſtatuendo ↄtra
ſtatuta per papam: qꝛ ↄcilium nõ eſt ſupꝛa papã: niſi eẽt
de illis tribus vbi ↄcilium eſt ſupꝛa papã: in hereſi: ⁊ in
bono vniuerſalis eccleſie: uel vbi deſolaret ſtatus. ipſiꝰ
eccleſie vniuerſalis. In caſu ergo predicto quãdo papa
nõ vult ↄuocare ↄcilium: uel ipſi auctoꝛitatẽ interpone
re: ⁊ ĩminet neceſſitas pꝛo bono vniuerſalis eccleſie: po-
teſtas eſt in ipſo ↄcilio ⁊ in eccleſia etiam ↄtra volunta-
tẽ pape. Et ideo ipſa ſynodus qũo cõgregata poteſt ſibi
auctem legitimã interponere. Et cõuocatio ipſa poterit
fieri etiam a principibus ſecularibus. Et ideo quãdo ec
cleſia per ſe nõ poſſet deberent facere principes ſecula-

res:ſicut fuit tempore Cōſtantini.xvj.di.habeo librum
cum.c.ſeq.ut.ſ.dixi.⁊ not.xxiij.q.v.c.principeſ.⁊ ita di
cit glo.in libro ꝯciliorū in principio Africani concilij.⁊
not.in hyſtoria tripartita li.ꝓmo.c.fi.⁊ in li.2°.c.ix.⁊.c.
xiij.in decimo libro.c.ij.⁊.iij.idem mandato et licentia
prīcipis ꝯgregatū fuit Calcedonēſe ꝯciliū:⁊ ibi etiaȝ ꝙ
plus ē interfuit auguſta:ut patȝ in dicto libro Calcedonē
ſis ꝯcilij.Et hec ſūt verba dicte ſynodus:que ſm gratiaȝ
dei ⁊ decreta piiſſimoꝝ imperatoꝝ cōgregata eſt in cal-
cedonēſi ciuitate ⁊c̄.Et demū ſubdunť ibi hec verba.do
minus noſter piiſſimū ⁊ fideliſſimū imperatoreȝ erexit
ad celū fidei:qui vndiqꝫ ſacerdoteſ ⁊ pontifices ad ſe cō
uocauit.⁊ in fi.dicti.c.diciť ⁊ loquiť imperator.Ab vni
uerſis enim ꝓuincijs lōgiſſimi ſacerdotes Calcedones
venerūt iuxta mandata veſtra ⁊ preceptū.vnde patet ꝙ
ceſar non nunqꝫ ꝯcilium cōuocauit. Ad illa argumē-
ta ꝙ duobus ꝯtendentibus de papatu:⁊ vtroqꝫ habēte
papatus quaſi poſſeſſioneȝ ꝓpter ſciſſos xpicolas ꝙ ex
hoc impoſſibilis erit ꝯuentio:qꝛ pars aliam ſciſmaticā
reputabit.Et ſic nō videnť poſſe inuiceȝ ſalua ꝯſcientia
cōicare:⁊ ꝙ illi de vna parte nō parebūt:alij de alia vo-
canti nec ecōuerſo:nec erit qui auctem cōcilio interpo-
nat.Item nō poterit aliquis ſe ſcindere ab eo quem pa
pa reputabit ꝯuocando per viam monitionis cōcilium
qui ſciſmaticus efficiať:preſertim ſi volens ꝯuocare cō
cilium ꝓhibebiť ab illo quē reputabat papam:qui for-
te ei mandat ꝙ ab ipſo nō diſcedat:uel monitionē alicꝰ
ꝯcilij:nō faciat ſub pena excōicationis:uel forte priuati
onis cuiuſcūqꝫ dignitatꝭ quā incurrat ipſo iure.Sic bre
uiter reſpondeo:Et ad primuȝ dico ꝙ licet excōicatis et
ſciſmaticis cōicare ſit peccatū:de ſen.excō.c.nuper.tū ex
cauſa neceſſitatis licite ſine peccato cōicatur eis:ut in.c
ſi vero.de ſen.ex.ſi nō poteſt eſſe maior neceſſitas qꝫtuȝ
eſt ſciſma ⁊ cōtentio de papatu et vicariatu ieſu xpi.xij.
di.oīs.Et ideo hoc cāu licite pro recōciliatōe fiēda poſ
ſunt qui ſunt vere catholici cōicare etiaȝ excōicatis ſciſ-
maticis ſiue hereticis.hoc probať in cle.ne romani.ad
fi.⁊ ibi glo.in.v̄.ceterū.de elec.vbi eſt tex.ꝙ nō obſtāte
ꝙ cardinalis aliquis ſit excōicatus qui tamē hoc prete-
xtu ab electiōe repelli nō poteſt ut ibi.⁊ dixi.ſ.in q̄ōne
an aliqua exceptio contra cardinales opponi poſſit:alij
cardinales ſine peccato cum illo poſſunt cōicare ad ele-
ctionē futurā pape fiendam:cum enī hec cōicatio fiat h̄
caſu cum ſciſmaticis iure permittente nō incurrať aliq̄
pena.l.ſeruus.§.ſiquis riuū.ff.de riuis.facit.l.gracchus
C.de adulte.⁊.ff.de adul.l.nec in ea.⁊.l.ſe.no.xxxiij.q.
iij.c.inter hec.naȝ cum ſciſmaticis cōicare nō licet.xxiiij
q.j.maiores.niſi quādo correpti querūt vnitatē:ut not.
glo.fi.in dicto.c.maiores.facit.xxv.q.vj.c.j.Et ideo tem
pore ſciſmatis ſi aliquis cōicat cum illis de illa parte ut
fiat vnio nō peccat:nec efficiť ſciſmaticus.Et ſiliter per
viaȝ monitiōis ꝯuocans cōcilium:ex eo ꝙ exiſtens in q̄
ſi poſſeſſione papatus negligens eſt:nō diciť ſe ſcinde-
re a ſuo capite ⁊ ſciſma ꝯmittere:ut ſupra dixi.vnde hec
argumenta ꝯtraria includunt impedimentū ꝯuocatōis
ꝯcilij:ex eo ꝙ cōicare non liceat cum aduerſarijs.Item
nō eſt opus ut aliquis ipſoꝝ litigantiū de papatu auctē
inťpōat:qꝛ ſufficiat auctas ſola ipſius ꝯcilij auctorātis
ſibimet ꝯcilio:ut ſupra dixi.Itē dico ꝙ ut habeant ma
teriā iſti de diuerſis partibus parere vocētibus:uel ip-
ſos exaudire poterūt cōuenire de principalioribus vtri
uſqꝫ partis ⁊ conuocare ꝯcilium in aliquo loco illis de
vtraqꝫ parte nō ſuſpecto:uel poterit tunc ceſar tanqꝫ me
diator amboꝝ ⁊ indifferens ⁊ in tēporalibus dn̄s mun
di.l.deprecatio.ff.ad le.rho.de iac.qꝛ ut dixi ſine pericu
lo ſciſmatis poſſunt hoc caſu inuicē cōuenire plurimi:
qꝫuis ſint ſecte diuerſe uel pares.Item plurimi poſſunt
ꝯuocare cōciliū quādo de vno loco ⁊ tempore cōuenient
⁊ ut vtraqꝫ pars ꝯueniet in vnū ⁊ ſine periculo:quia eſſe
etiam poterit ꝙ erāt ſciſſe ambe partes:⁊ nulla pars ſciſ
matica erit ſi forte iuſto errore ducti ſic ſeparati xpicole
ut dixi ſupra in q̄ōne:an duobus de papatu cōtendenti
bus:aliquis eorū uel ambo ſciſmatici ſint:qꝫuis ⁊ ſi fo-
rent ſciſmatici ⁊ vnionē affectarent querendo ꝯcilium
uel ad ipſum veniēdo licite ipſis poſſȝ cōicari ⁊ ſine pec
cato:ut not.glo.in dicto.c.maiores.xxiiij.q.j.⁊ ſupra di
xi.Ad illud qd̄ diciť ꝙ cardīales uel imperator qui for-
te crediderūt vni ex iſtis pontificibus litigātibus nō po
terunt ab ipſo diſcedere ⁊ ab ipſo ſe ſeparare cōſcientia
ſalua.Et cōuocare cōciliū dico primo eſſe permittendū
quid hoc caſu poſſint uel debeāt facere ſubditi:an licet
ipſis a ſuo quē reputāt pontificē ſeparare ſine diſcrimi
ne ⁊ peccato.Secundo:an ex eo ꝙ ſe ſepararēt a ſuo pō
tifice:ut tali caſu conciliū cōuocet:uel ad ipſuȝ vadat di
ci debeat ſciſmaticus uel peccator.Tertio ſi debet ſerua
re precepta:uel timere excōicationes uel cenſuras quaſ
idem pontifex ſuus faciat in caſu quo ab eo recedat uel
ꝯcilium cōuocet.⁊ hec cōſultationes ꝯcernunt:ſiue ſint
cardinales qui hec patianť:ſiue alij prelati uel laici.Ad
primā queſtionē diſcurrendi ſunt omnes caſus:⁊ ꝓmo
quādo eſt vnicus papa:⁊ diciť lapſus in hereſim:uel re
nūciaſſe:aut peccatū cōmittere qd̄ turbet et ſcandalizat
vlēȝ eccl'iaȝ:an tunc licite poſſunt ſubditi ab ipſo ſepari
Secūdo quādo ſunt duo de papatu ꝯtendentes:an ſi
vnus eſt ſolus in quaſi poſſeſſione ſubditi ex tali cōten
tione poſſunt ab ipſo recedere:uel quādo duo poſſide-
rent ſciſſe xpicolas:an ſubditi a ſuo quem reputāt pon-
tificem diſcedere valeant.Ueniens ad primā q̄ōnem vi
detur ꝙ preſertim quādo cauſa hereſis eſt dubia:uel re
nūciatōnis aut ſimilis nō licet ab vnico exiſtente in poſ
ſeſſione pontificatus ante latam ſentētiaȝ recedere.tex.
videť.viij.q.iiij.c.nōne.facit de cōſe.di.ij.c.nō prohibe
at.⁊ quod not.Inno.⁊ doc.in.c.noſtra.de coha.cleri.et
mulie.vbi volunt ꝙ ſint crimina grauia quantū velint:
⁊ homicidiū ⁊ ſimonia:tamē nō debet prelatus occultꝰ
euitari:quia excōicatus occultus nō debet vitari:ut no.
vj.q.ij.c.ſi tantū.⁊.c.placuit.⁊ de ſentē.excō.c.cum non
ab homine.de tēpo.ordi.ad aures:etiam in ſacramētis
quia chriſtus tradidit corpus ſuum iude proditori ⁊ ſa
crilego qui etiam fuit hereticus:ut.j.q.j.c.eos.⁊ no.In
no.de hereti.fraternitatis.⁊ maxime quādo vitatio pre
lati eſſe poſſet ſcandaloſa.ar.c.predicti ad aures.de tem
po ordi.Et maxime nō videtur deſerendus papa a car-
dinalibus qui ſunt pars corporis pape.vj.q.j.c.ſiquis
cum militibus.C.ad leg.iuľ.maie.l.quiſquis.videntur
etiam aſtricti ad reſidentiam:cum papa ut aſſiſtant ipi
in cōcilijs ⁊ alijs opoꝛtunis:ut nec momento ab ipſo ab
eſſe debeant.de cle.nō reſi.c.ex geſtis.⁊.c.ex tue.vij.q.j.
per totum.⁊ videť tex.in.c.olim.de accuſa.Ad ideȝ tex.
xvij.di.hinc etiam.vbi puniti ſunt qui a Simaco ꝓpter
ſuſpitionē criminis diſceſſerunt.pro hoc videť tex.in.c
cum ſm leges.de hereti.in.vj.vbi eſt caſus:ꝙ qꝫuis he
reticus ſit ipſo iure dānatus:⁊ bona eius ꝯfiſcata:tamē
executio ab homine priuato fieri nō poteſt ante ſenten
tiā iudicis.Et ſic anteqꝫ ꝯcilium hereticū papam dāna-
uerit:uel ipſe ſe ſuo ore damnauerit:ut.xxj.di.nunc aūt.
nō videtur ſubditoꝝ licita ſeparatio.ad idem tex.in.c.lȝ
ep̄us.de preben.lib.vj.vbi eſt tex.ꝙ licȝ per ademptiōȝ
ſecundi curati primū beneficiuȝ vacet ipſo iure.ut in.c.
de multa.de preben.tamē nō videtur ꝙ ipſo nō ꝯuicto
poſſeſſio ſit ei auferenda.ad idem tex.in.c.ordinarij.§.j
de offi.ordi.li.vj.⁊ ꝙ priuatus nō poſſit ipſe de ſe exeq̄
ſententiā ſine iudice ab homine uel a iure latam.videť
tex.in.l.miles.als ait pretor.§.qui iudicati.ff.de re iud.

Unde videꝛ ꝙ ex dubia hereſi uel renūciatiōe pape ipſe
papa a ſubditis ſuis nō ſit deſerendus: quinīmo plus vi
detur dicendū ꝙ etiam qn̄ hereſis ſua uł renūciatio aut
peccatū turbans eccleſiā eſſet notoriuꝫ ipſe deſerendus
abſqꝫ iudicis mandato nō ſit: qꝛ etiam niſi eſt notoriuꝫ:
in eo exigitꝛ ſentētia: ut no. glo. de reſcript. ab excōicato
⁊ de iureiur. c. ad noſtrā. de teſti. cog. c. ſuper eo. ij. q. vj.
que lotharius. ⁊ eſt glo. de purg. ca. c. penul. ⁊ Bar. apō
legiſtas in. l. emptorē. ff. de acti. emp. ⁊ preſertim requi-
ri videꝛ ſententia in effectibus facti ꝓpter notoriū deli
ctū imprimēdis ſiue exequēdis: ſicut eſt diſceſſus ſubdi
torū qui eſt quid facti. glo. eſt in auc. ut iud. ſine quoqꝰ
ſuffra. §. neceſſitatē. licꝫ nō ſit neceſſe ut feraꝛ in ſcriptis
uel cum ſolēnitatibus uel ſolēnitate: de quibus in. l. pro
latam. C. de ſen. ⁊ hoc tenet Jo. an. in. c. ex parte. de ver.
ſigni. in prin. ⁊ Archi. ij. q. j. que lotharius. ⁊ in. c. felicis
de peni. li. vj. in. v. pontificali. ad fi. glo. magne. vbi dicit
ꝙ ſufficit ſi a iudice fiat quedā detectio. idem Jo. an. in
addi. ſpecu. in ti. de noto. cri. §. notoriuꝫ autē. in fi. iij. co
lū. imo ſufficit preceptum: vt dicit Archi. in dicto. c. que
lotharius. ⁊ not. Ci. C. de his qui no. infa. l. nulla. ⁊ glo.
in. l. ictus fuſtiū. ff. eo. ti. Si enim incōfeſſum ſufficit p̄-
ceptū. ff. de iudi. l. ſi debitori. fortius in notorio: ⁊ hoc ī
ciuilibus: ſed in criminalibus requiriꝛ ſnīa: ut not. glo.
ij. q. j. c. j. ⁊ in. l. j. C. de cōfeſ. l. ſi cōfeſſus. de cuſt. reo. ⁊. l.
j. ⁊. l. ictus fuſtiū. ff. de his qui no. infa. Ex quibus videꝛ
ꝙ ſiue occulta ſit hereſis ſiue notoria nō liceat ſine iudi-
cis licentia ſubditis a papa heretico occulto uel etiā no
torio diſcedere: ⁊ multo magis nō videꝛ diſceſſus licitꝰ
quādo in nulla eſt hereſi uel ſciſmate cōſtitutus. In cō-
trariū videꝛ ꝙ papa exiſtente heretico etiā occulto ne-
dum notorio ꝙ licite ſubditi hoc ſcientes poſſint ab ip-
ſo ſeparari ſine alio iudicis miniſterio. text. videꝛ in. c.
anaſtaſius. xix. di. vbi multi anaſtaſium deſeruerūt ⁊ iu
ſte: qꝛ occulte cōicauerat in crimine hereſis. Pro hoc fa
cit: qꝛ quādo eſt apoſtaticus ille qui diciꝛ papa: uel pa-
pa verus eſt ꝓlapſus in hereſim: tunc quilibet excōica-
tus eſt de primo apoſtatico eſt tex. in. c. licet de euitāda
de elec. ⁊ in. c. in nomīe dn̄i. xxiij. di. in fi. loquor etiaꝫ ſi
ſit apoſtaticus: quia renūciaſſet papatui: ⁊ poſtea hoc n̄
obſtante decertaret ipſum ſine canonica electiōe retine
re: qꝛ malo ingenio ꝯtra canones in ipſo ſtaret intruſus
⁊ ſimiliter excōicatus foret: ut dicto. c. in nomīe domini
Et de heretico ꝙ ſit etiam papa excōicatus nō eſt dubiū
xxiiij. q. j. accacius. ergo licite quilibet ipſoꝝ euitaꝛ ⁊ ab
ipſo recediꝛ: de ſen. excō. c. nuper. ⁊. c. cum nō ab homīe
Et iſtos effectus iuris videlꝫ excōicatōis ⁊ perditōis di
gnitatis ꝓpter hereſim uel apoſtaſiam incurrit quis ip
ſo iure abſqꝫ aliquo iudicis alterius viuentiſ miniſterio
ut in. c. cum ſm̄ leges. de hereti. in. vj. not. Jo. an. in. c. ut
cōmiſſi. eo ti. li. vj. ⁊ dicto. c. accacius. xxiiij. q. j. Et qꝛ ſur
gere cōtra papam apoſtaticū uel hereticū: videtur a iure
ſubditis permiſſū. lxxix. di. ſiquis pecuniā. ⁊. c. in nomi-
ne dn̄i. xxiij. di. in fi. vnde videꝛ ꝙ hac iuris permiſſiōe
vti poſſint abſqꝫ alio iudicis mandato. l. que ſub cōditi
one. in fi. ff. de cōdi. inſti. Et ideo cuꝫ miniſterio dicitur
ꝙ fruſtra precibus impetramur qȯ iure cōi conceditur
l. j. C. de theſa. li. x. ⁊ hinc etiam eſt ꝙ qn̄qꝫ licet occide-
re tranſfugas uel fures nocturnos: aut agroꝝ depopula
tores iuris permiſſione: ut. l. poſtliminiū. §. tranſfugas.
ff. de cap. ⁊. l. iij. §. tranſfugas. de ſicca. ⁊. C. qn̄ licꝫ ſine iu
di. vin. l. j. ⁊ hoc pōt fieri aliter nō petita a iudice licētia.
ſilr qn̄ licꝫ capē debitorē ꝓpa auc͞te. l. iij. §. ſi debitorē. ff.
q̄ in frau. cre. h̄ etiā ꝓbat tex. in. d. c. lꝫ ep̄s. de p̄ben. li. vj.
allegatus in cōtrariū: vbi eſt tex. ꝙ ſi habens beneficiuꝫ
curatū acceptat aliud ſilr̄ curatū: cum primū vacet ip-
ſo iure: ep̄us pōt ipſum cōferre: etiaꝫ prius poſſidēte nō
citato: aut alia declaratiōe nō facta ꝙ vacet. Ex quibus
videꝛ ꝙ hereſi in qua papa prolapſus ſit: uel ex eo ꝙ ſit
apoſtaticus licite ſine alia ſnīa pōt deſeri a ſuis ſubditiſ
hoc ſcientibus: etiam ſi crimīa iſta occulta ſint. Et hᵒ con
cludūt iura illa que ſupra deduxi: qn̄ deus per moyſen
dixit: Separamini a tabernaculis ⁊c. dicto. c. didicimꝰ.
Et ita debꝫ intelligi exemplū policarpi: de quo ſupra di
xi. ⁊ videꝛ tex. xxxij. di. §. verū. vbi nō licet ab eis recipe-
re aliqua ſacramēta niſi baptiſmatis in cauſā neceſſita-
tis: alia aūt ſacramēta etiam neceſſitatis ab heretico nō
licet recipere: dicto. §. verū. no. ī dicto. c. noſtra. de coha.
cleri. ⁊ muli. ⁊ ibi doc. et hanc ſnīam credo verā per tex.
xvj. q. ſi. c. ſane. ⁊. ij. q. vij. c. ſacerdotes. ⁊ no. in. c. cum nō
liceat. de preſcrip. Nam a prelato excōicato ſicut eſt he-
reticus ⁊ apoſtaticꝰ licet recedere ſine alia ſnīa: ut de ap
pel. c. paſtoralis. in fi. ⁊. ix. q. iij. excōicatos. ⁊. c. excōica-
to. Et dicit Inno. ꝙ hoc eſt verū etiā q̄ntūcunqꝫ ipſe tole
reꝛ dūmodo ꝓbari poſſit: adeo ut ſi vocꝫ aliquē ſubditū
ad ordines uel ad alia ſacramēta poſſit ipſi dici: nō reci
piam hec a te: qꝛ excōicatus es: ita no. ipſe Innoc. in. c. j.
de ſciſma. facit. vj. q. ij. c. ſi tantū. qꝛ debent eum denūcia
re ut emendeꝛ. Sed an peccent ſuſcipiendo ab eo ſacra
no. in dicto. c. noſtra. ⁊ Inno. de hereti. fraternitatis. et
in. c. per tuas. el. ij. de ſimo. vbi cōcludunt doct. ꝙ nō de-
bent ab ipſis etiam occultis recipi: niſi in baptiſmate et
corpore xp̄i: ut in. c. iij. de hereti. licꝫ ipſis occultis pecca
toribus petentibus in publico ſacramēta danda forent
de cōſe. di. ij. c. nō prohibeat. j. q. j. c. xp̄us. Et idem occul
to excōicato danda ſunt publica officia que alijs dātur
ne ſic vitando: cum prelatus publicet ipſum. de offic. or.
c. ſi ſacerdos. Reſtat reſpōdere cōtrarijs. ⁊ ad. c. nōne.
viij. q. iiij. reſpondeꝛ ut no. glo. in dicto. c. cum nō liceat
ꝙ nō loquiꝛ in alijs criminibus q̄ꝫ hereſis. xxiiij. q. ij. c.
ſane. ⁊ in crimine: ex quo irrogata ſit ſnīa excōicationis
dicto. c. cum nō ab homine: ⁊ in crimīe ſciſmatis: de ele
ctio. c. qꝛ diligētia. ⁊ in ſimoniaco in ordine: dūmodo ꝓ
bari poſſint. xxxij. di. §. veruꝫ. j. q. j. ſiquis a ſimoniacis.
In alijs aūt criminibus etiam ſi ſint notoria expectāda
eſt ſnīa. xv. q. ſi. c. ſi. Fallit in crimīe fornicationis noto
rio. xxxij. di. nullus. ita no. glo. ij. q. vij. ſacerdotes. el pᵒ.
vbi glo. addit aliū caſum qn̄ prelatus nō ſeruat canoneſ
xix. di. nulle. ſed debet intelligi ſane: qꝛ non ſeruat cano
nes: qꝛ arbitraꝛ papam nō poſſe illos cōdere: tunc quia
eſt hereticus dꝫ vitari. Sꝫ ego credo ꝙ idē ſit in omi ſuſ
pēſo a iure quo ad ſe ⁊ quo ad alioſ ut licite dimitti poſ
ſit ut poſſit eum euitare: dūmodo euitatio ſit ut euꝫ cor-
rigat nō ut publicet. Nam ex quo ius ligat factuꝫ occul
tū licite ab eo recediꝛ: ut dicto. c. cum nō ab homīe. no.
glo. in cle. j. de hereti. in glo. magna ad fi. ideo pōt vitari
ut ſe retrahat a peccato nō ob. xxxij. di. §. verū. vbi videꝛ
permiſſum ab homicidis ⁊ adulteriſ percipere ſacramē-
ta ⁊ ſanctimonialiū violatoribus: qꝛ loquiꝛ ibi in crimi
nibus occultis nō ſuſpenſis ⁊ nō precisis: ſed inq̄ꝫtuꝫ eſ-
ſent ſuſpenſi. idem eſt dicendū quodcunqꝫ ſit crimen: et
ibi de fornicario fuit mentio: exempli gratia. Idem cre
do in omni crimine notorio ordinis executiſ impediēte:
ut no. Inno. ⁊ docto. in. c. per tuas. el. ij. de ſimo. Sed in
iſtis eſt ratio ꝙ vitari debent: qꝛ ſuſpenſi. ⁊ ideo ideꝫ eſt
in omni alio in quo quis a iure ſuſpēſus foret: quia pec
caret qui voluntarie cum talibus cōmunicaret: quia de
bemus eſſe ſolliciti de anima fratris lucranda: ideo de-
bent tales deſeri ut deſiſtant: ⁊ toleratio nō operaꝛ quā
tū ad ſcientes. ut no. Jo. calde. in. c. ad probanduꝫ. de re
iudi. Et hec ſunt etiam in omni occulto: cuius delictum
probari nō poſſit ut liceat vitare ſuſpenſum ad fineꝫ: ut
ſe corrigat nō ut procedat. Sed ſi eſſet pene occultuꝫ qȯ
ꝓbari poſſet: credo ꝙ poſſet vitari ut reprobeꝛ delictū.

vj.q.ij.ſi tantū: ⁊ ut denūciaretur. Et iſta ſunt de mēte ex
imij doctoris dn̄i Anto. de butrio in dicto.c.veſtra. de
coha.cleri. ⁊ mulie.not.in.c.j.de ſciſma. Non ob.tex.in
§.hinc etiam.xvij.di.quia ibi erat ſuſpicio criminis he-
reſis uel alterius criminis in Simacho papa: ſȝ nō erat
verum ꝙ eſſet hereticus. Et ideo ex ſola ſuſpicione here
ſis deſeri nō dȝ papa: ſed quādo ſcitur in veritate pōt de
ſeri: etiam ſi hereſis alijs ſit occulta dūmodo ꝓbari poſ-
ſit. Ad.c.cum ſm leges.de hereti.in.vj. Et ad.c.licet ep̄s.
de prebē.li.vj. Et ad.l.miles.al's pretor ait.§.qui iudica
ti. Reſpondeo ꝙ eſt cōſiderandū lata ſentētia a lege uel
ab homine quomodo pars vult ea vti cōtra euȝ qui ſuc
cubuit uel damnatus eſt. Nam aut pars aduerſa vult ef
fectus iuris cauſatos ꝓpter talem ſententiā hominis ul'
legis allegare ſolū: uel dicere inductos eſſe: ⁊ tūc poteſt
hoc allegare ⁊ dicere inductos abſq; alio iudicis mini-
ſterio: ut ſi allegat uel dicit ad mortem dānatū ipſo iure
effectum inteſtabilē: uel prius teſtamentū per eū factuȝ
irritum eſſe ⁊ ad nullitatē deductū: ⁊ hoc poteſt facere ⁊
allegare.l.ſiquis filio exheredato.§.irritum.ff.de iniuſ.
teſta. Et ſimiliter poteſt allegare ꝙ hereticus etiaȝ papa
iuris executione eſt excōicatus ipſo iure ⁊ dignitate p-
uatus ⁊ bona eius publicata.de here.c.cuȝ ſm leges.li.
vj. Item per acceptationē ſecūdi curati facta eſt executō
ipſo iure a lege ut primū vacet: ut in.c.de multa.de p̄bē.
adeo ut per habentē conferre poſſit abſq; alia iudicij de
claratione: ut eſt tex.in.c.licet ep̄us.de preben.li.vj. Idē
dicimus in dānato de crimine publico: ut efficiatur in-
famis ipſo iure ⁊ allegari infamis: ut.l.infamē.ff.de pu
bli.iudi. Nec eſt opus ꝙ iudex cuȝ dicat uel declaret in
famē.tex.eſt optimus in.l.j.§.j.v̄.ſm autē pronunciauit
ff.ad turpl'. Pro iſtis igit' a iure introductis effectibus
vigore alicuius ſentētie a lege ſiue ab homine late non
eſt opus alio iudicis miniſterio uel ſentētia: imo iudex
nō poſſet ſine cauſe cognitōne facere ꝙ iſti effectus a iu
re introducti nō imprimerentur.l.nō poteſt iudex.ff.de
furt.not.in.l.ut militibus.C.de teſta.mili. Si vero loq̄-
mur de executione fienda ab homine ipſius ſentētie ab
homine uel iuris promulgate: tunc aut poteſt fieri aper
te aduerſa abſq; eo ꝙ aliquid requirat a dānato. ſed po
teſt fieri ſolum per quid uel aliquid ſolū denegando ſi-
bi damnato: ⁊ tunc pars poteſt illud facere ſine alio iu-
dicis miniſterio uel ſentētia: ideo debens cōferre bene
ficiū cōfert illud poſtq̄ȝ vacauerit ip̄o iure: ⁊ abſq; eo ꝙ
poſſidentē citet iudex: uel ipſum beneficiū vacare decla
ret: ut eſt tex.in dicto.c.licet ep̄us.de preben.li.vj. Simi
liter ſi vſufructuarius obtinuit pro vſufructu in cōfeſſo-
ria: ⁊ per prius poſſidebat ipſum fundū: ipſe vigore ſen
tentie colliget fructus: nec pro executione indigebit iu-
dicis miniſterio.l.vti frui.§.j.ff.ſi vſufruc.pe. Idē ſi egit
aliquis dicens vicino nō eſſe ius altius tollere ⁊ obtinu
it ſi qui ſuccubuit nō habebat hedificatū facta eſt execu
tio a iure: ut ſi velit altius tollere: poſſum ipſuȝ prohibe-
re etiam ſine iudice ut altius nō tollat.l.⁊ ſi forte.§.j.ff.ſi
ſerui.vendi. Item ſi egi ius mihi eſſe eundi per viā fun-
di tui ad fundū meum: ſi obtinui poſſum ire per funduȝ
ſine alio iudicis miniſterio. Et ſic ſimiliter ſi aliquis eſt
dānatus hereticus a lege uel ab homīe ſubditi poſſunt
ſine alia iudicis declaratiōe recedere: quia pars aduer-
ſa poteſt a ſe facere executioneȝ in qua nihil requirat a
victo niſi patientiā ſiue pati: uel ei ſolum quid deneget:
nō aliquid auferat: igitur vir ſtatim ꝙ mulier eſt adul-
tera etiaȝ occulta poteſt denegare ipſi debitū abſq; alia
declaratione ꝙ ſit adultera: ita debet intelligi qđ no.in
c.ſi.de adult. Et hoc monſtratū eſt in primo parente cui
cōtinuo poſt ſpretum mandatū dei elementa fuerunt fa
cta cōtraria: ⁊ omnia animalia eidem in dn̄o ↄmiſſa ipſi

obedientiā ſubtraxerūt. Si vero pars in executione de-
beat aliud q̄ȝ pati a victo requirere: tunc aut qđ requiri
tur poteſt expediri in ipſum victum etiā inuituȝ: et tunc
nō exigitur pro executione ſentētie alio iudicis miniſte
rio. patet de iure ciuili ſi fertur ſentētia ꝙ aliquis ſit fili
us famulus meus uel ſeruus: tūc erit executio facta a iu
re ꝙ teſtari nō poſſit.l.qui in poteſtate.ff.de teſta. ⁊ ego
potero ipſū moderate caſtigare ⁊ in meā poteſtatē redi
gere abſq; ꝙ implorē iudicis miniſteriū.l.j.⁊.l.iij.C.de
patr.poteſta. Si vero illud quod a condēnato requirit'
nō poteſt fieri a parte priuata ipſo dānato inuito ut eſt
quādo condēnatus quis ad rem corporalē mihi dandā
ſiue tradendā. Et ego volo nanciſci poſſeſſionē adhuc p
damnatū poſſeſſaȝ: tunc pars nō poteſt talē executioneȝ
de ſe facere ſine iudicij miniſterio: ita debet intelligi tex.
in dicta.l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iudi. ita etiaȝ de
bet intelligi tex.in.c.ſm leges.in fi.de hereti.in.vj.⁊ i.c.
licet ep̄us.de prebē.in.vj. In quibus iuribus probatur
ꝙ q̄ȝuis vacantis primi beneficij curati ipſe poſſit iure
ab habente facultatē cōferendi fieri collatio: quia ī hoc
nō requirit' a victo niſi pati. poſſeſſio tamē aperte ipſi au
ferri nō poteſt: ſed debet ipſa ab epiſcopo iudice citatio
ne preambula auferri. ⁊ hoc modo debet intelligi text.
in dicto.c.ordinarij.§.j.de offi.ordi. ut ibi collatio bene
ficij poſſit fieri ſine alio iudicis miniſterio ſed ablatio
poſſeſſionis nō: ⁊ ita ſentit Io.an.in nouella. hoc tamen
intelligo quādo poſſidens eſt in poſſeſſione nuda facti
ipſius beneficij quo priuatus eſt ip̄o iure ut eius poſſit
fieri collatio etiā ipſo incūbente de facto poſſeſſioni nō
citato. ſecus ſi in ipſo haberet coloratū titulū ⁊ poſſide-
ret: quia tunc nō valeret collatio illo colore non caſſato.
nota eſt doctor in.c.cum noſtra.de cōceſ.preben. Ideȝ
tex.in dicto.c.cum ſm leges. Naȝ licȝ bona heretici ſint
ipſo iure cōfiſcata: tamē eoꝝ poſſeſſio ab aliquo aufer-
ri nō poteſt: niſi poſtq̄ȝ iudex declarauerit. Ratio: quia
a cōdēnato requirit' nō aliud q̄ȝ ſimpliciter pati: q̄r re-
quirit' ſibi auferri rerū poſſeſſio que ab eo inuito aper-
te auferri nō poteſt: ut dicto.§.qui iudicati. Sed a iudi
ce bene poteſt auferri ab īuito.l.qui reſtituere.de rei vē
di. Unde concludit' ꝙ ſentētia lata a lege uel homīe uel
parte: ſi querit' fieri executio cōtra victum a vincēte: ꝙ
ſi ſit ſolū in eo iure in quo a victo requirit' datio uel tra
ditio aut oblatio: ita ꝙ victus debeat preſtare aliud q̄ȝ
patientiā: ⁊ tunc ſi poteſt aperte fieri cōtra victum inui-
tum: uel etiam renitentē: ⁊ hoc poteſt fieri etiam aperte
ſine iudicis miniſterio. ſed ſi nō poſſet talis executio fie-
ri aperte cōtra victum inuitū: tunc ſine iudicis miniſte-
rio ſentētia hominis uel legis executōni nō ponet' aper
te. Fallit hoc vltimū: niſi quādo iudicij copia haberi nō
poſſit: uel ſi expectaret' iudiciū eſſet inane: ul' nullius fru
ctus: quia tunc pars ſua auctoritate etiam hoc caſu poſ
ſet exequi.ar.l.nullus.C.de iudeis. ⁊ qđ ibi not. ⁊.l.iij.§
ſi debitorē.ff.que in frau.credi. ⁊ hoc modo iuſte factū
fuit per Scipionē naſſicā: qui gratū ſuis largitionib⁹
ſubuertentē populū omiſſo iuris ordine interemit cum
ſua cōiuratōne: ⁊ reprehendit Sceuolā conſulē: qui vo
lebat iuris ordinē ſeruari dicens cōſul: Dum iuris ordi
nem ſequit' illud agit ut cuȝ omnibus legibus romanuȝ
ruat imperiū: ut refert Ualerius in libro tertio in titulo
de fortitudine. Et ex iſta doctrina ſic bene declarata: in-
feruntur ad propoſitū multa. Primo: ꝙ papa hereticuȝ
uel apoſtaticū etiam occultum: dūmodo probari poſſit
ſubditi poterunt ſine alia declaratione deſerere.ij.q.vij
oues. ſed nō a poſſeſſiōe papatus expellere niſi ut infra
dicam. Sed tunc eſt dubiuȝ: an cardinales poſſent ante
ſententiā cōcilij in caſibus predictis ad electionē alteri-
us pape procedere. Videt' ꝙ ſic: per text.in dicto.c.licet

epūs. de ꝑben. li. vj. ⁊ per illa que ſupra dixi. nam cū pa
pa hēticus ſit ipſo iure priuat⁹ ⁊ vacet ſedes. ⁊ idem cū
eſt apoſtaticus: videt̃ ꝙ ipſi cardinales ad quos ſpectat
papatū ꝯferre: poſſint ſtatī ante ſniā ꝯcilij eligere: q̃ ex
hac electiōe nō requirūt a papa iā dānato. per. l. niſi pa
tientiā ſiue pati: ut ꝓbant oīa iura ſupra deducta: ꝑſer-
tim tex. in dicto. c. lꝫ epūs. vbi eſt caſus ꝙ facta a iure ꝑ-
uatione beneficij ipſo iure eps illud ꝯfert poſſeſſore am
plius nō citato uel nō declarato: aliter ꝙ ius perdiderit
ſic eligent papā cardinales poſſidente papatū aliter non
citato: uel etiam abſq̃ eo ꝙ declaratū ſit ipſum poſſidē-
tem perdidiſſe papatū. Et pro hoc videt̃ tex. in ſimili in
c. ij. de parrochi. ⁊ que ibi not. Hoſti. ⁊ in. c. eos. in fi. de
tempo. or. li. vj. Et pro hac ſniā videt̃ tex. in. c. ſiquis pe-
cunia. lxxix. di. vbi cardinales ⁊ alij clerici ⁊ laici deum
timētes poſſunt apoſtaticū ⁊ intruſū a ſede aplica deij
cere ⁊ ipſum anathematizare ⁊ aliū eligere: ⁊ electo ꝯfer
re adminiſtrandi poteſtatē. Ad idē tex. xxiii. di. in noīe
dñi. in fi. Sed ꝯtrarium videt̃ text. in. c. ad aplice. de re
iudi. lib. vj. vbi imperatore exiſtēte ipſo iure depoſito:
ſuggerente ꝓmulgant.l.di.c.ſiquis diaconus.iſta vlti-
ma ſentit Franciſcus de zabarellis cardinalis ꝓdictus
florentinus ⁊ ꝙ conciliũ ſit maius papa ⁊ ꝓualeant eiuſ
ſententie patet in depoſitione pontificum que hactenꝰ
a concilijs facte ſunt ut legit de Benedicto.xxiij.diſ.in
nomine dñi.⁊ de Johãne.xij.⁊ diebus noſtris conciliũ
conſtantie depoſuit Johannẽ.xxiij. ⁊ benedictuꝫ tertiũ
decimũ ſic in ſua obedientia nuncupatũ. Jtem benedi
ctus nonus fuit depoſitus ⁊ Gregorius.xij. iſte noſtris
diebus.Sed parcat mihi reuerentia Johãnis monachi
quẽ iuſte reprehendunt Jo.an.⁊ moderni ĩ.c.ſup eo de
heretic.li.vj.ipſe errauit ⁊ plus etiã errat dominꝰ cardi
nalis florentinus ut apparebit ex infra dicendis. Jdeo
iura contraria perſcrutemur ⁊ primuꝫ ꝙ facta pape nõ
ſubiaceant iudicio concilij.eſt textus.ix.q.iij.nemo.vbi
ab auguſto nec ab omni clero papa poteſt iudicari.⁊ l3
ibi tex.dicat de prima ſede:tamen non deb3 intelligi de
papa cũ cardinalibus.Et dñs cardinal de zabarellis ma
le intellexit:ſi de ſolo papa intellexit:vt cauſe eius nõ iu
dicent etiã a cõcilio:vt probat tex.ĩ dicta.q.iij.in.c.alio
rũ.vbi tex.dicit: Preſulem romanum deus ſuo ſeruauit
arbitrio. Jdem tex.cõcilij in.§.hinc etiã.xvij.di.cauſas
ſymachi pape ſolo dei iudicio reſeruauit.vñ ibi eſt tex.
cõcilij: Jn quo cõciliũ determinauit ꝙ cauſe pape iudi
cio concilij nõ ſubeſſent. Jdẽ dicit tex.xl.di.ſi papa.vbi
eſt tex.ſumptus ex geſtis bonifacij martyris:ita ꝙ non
poteſt dici ſuſpectus tanq̃3 a põtificibꝰ editus. Dicit enĩ
ꝙ ſi papa ſit iniquus ita ꝙ ſecũ in numero ſuũ popoluꝫ
ducat ad inferos:tamen a nullo mortaliũ poteſt iudica-
ri niſi deprehẽdat a fide deuiꝰ.Quõ igit dicere potuit
Jo.monachus ⁊ cardinalis florentinus:ꝙ facta pape ſi
ne cardinalibus ſunt nulla.vel ꝙ quãdo papa male agit
a ꝯcilio iudicetur:profecto ipſi errauerũt:quia in omni
bus preterq̃3 in articul fidei videtur maior ſententia pa
pe q̃3 ꝯcilij:ut eſt tex.de elec.c.ſignificaſti.vbi eſt caſus
ꝙ in omni ſtatuto ꝯcilij debet intelligi excepta auctori-
tas romani põtificis tanq̃3 ſuperioris. Nota ꝙ dicit ro
mani pontificis non dicit romane ſedis. Et ad idem in
ca.dudum.iij.q.vj.ibi:nec extra romanũ quicq̃3.Ex his
decerni debere põtificẽ.⁊.xj.di.c.fi.vbi tex.dicit:Quis
neſcit ſancita a petro ab omnibus debere obſeruari.Et
hoc voluit glo.in.c.vbi periculũ.de elec.li.vj.in.v.con-
cilio:⁊ eſt tex.in.c.innotuit.de elec.ꝙ ſtatuta ꝯcilij non
aſtringunt papam:quia ipe eſt ſupra omnia concilia vł
in pari poteſtate cum papa predeceſſore ſuo et concilio
vt ibi.Et ꝙ regulariter preualet ſententia pape cõtra cõ
cilium eſt glo.iij.di.c.in iſtis.per tex.xxxv.q.ix.veniã.
et.xxxiiij.q.j.hec eſt fides:quia pape ⁊ dei cenſet idem
conciſtoriũ:ut no.Hoſtiẽ.in.c.quanto.de tranſla.prela.
per tex.in.c.ij.⁊.iij.e.ti.hoc probant omnia iura.⁊ ca.in
xvj.⁊.xvij.diſ. Nã ſint quotquot epiſcopi qui ſimul con
ueniant ſi conueniant ſine auctoritate ſummi pontifici
eorum erit conciliabolum nõ concilium.⁊ iſta eſt ratio

quare auctoꝛitas ⁊ ſententia pape debet interuenire in
concilijs: quia omnis ſnĩa concilij auctoꝛitate ſũmi pon
tificis firmat̃ ⁊ roboꝛat̃ ut vult beatus Tho. in ſecunda
ſecũde. q. j. articulo. x. ⁊ hoc volũt oẽs tex. in. xvj. ⁊. xvij.
di. Ex quo patet ꝙ maioꝛ eſt ſnĩa pape: quia maioꝛ eſt q̃
auctoꝛitatem interponit q̃ꝫ cui interponit̃. al's ſi cũ con
cilio nõ concurreret ſententia pape eo ipſo capitis ⁊ mẽ
broꝛum vnitas eſſet diſſipata ⁊ cauſatum ſciſma ⁊ ipſo
rum epoꝝ ſnĩa nulla foꝛet ſi pape ſnĩa cum ipſis nõ cõue
niret. hinc eſt ꝙ ſolus papa reuocat ſtatuta a ſe ⁊ a cõci
lio etiam ſine concilio: ut in. c. ſtatutum. ⁊. c. conſtitutio
nem. de ſen. excõ. li. vj. iũcto. c. ſtatuimus. eodẽ titulo. ⁊
ꝓbat̃ ex notatis in. c. vbi periculũ. de elec. li. vj. vbi illud
c. editum ſuꝑ electione romani pontificis a papa ⁊ a cõ
cilio ⁊ ſic ſuꝑ bono vniuerſalis eccleſie: ut notat̃. viij. q.
j. his omnib⁹. fuit a ſolo papa reuocatum ⁊ deinde a ſo
lo papa introductum ⁊ tamen eſt de materia ardua ut d̃
electione ſũmi pontificis ⁊ tamen ſolum factũ pape te
nuit. Ad idem de electione cle. ne romani. vbi de cardi
naliũ conſilio papa aliqua ſuꝑ illa conſtitutione vbi pe
riculum inouauit ⁊ ꝙ papa ſine concilio etiam collecto
poſſit ardua ut deponere imperatoꝛẽ notant doct. cano
niſte in. c. ad apoſtolice de re iudi. in. vj. ⁊ ibi Archidia.
in ſupraſcriptione ⁊ Jo. an. in verbo concilio in nouella
Et ꝙ papa ſolus poſſit tollere ſtatuta concilij ꝓbatur ex
notatis in. ca. ꝓpoſuit de conceſſione ꝑben. vbi dicit̃ ꝙ
papa dat ius ad vacatura beneficia: de conceſ. ꝑben. ca.
ij. li. vj. Et ꝙ ſit maioꝛ ſnĩa pape q̃ꝫ cõcilij preterq̃ꝫ in cã
fidei: notat̃ in. c. ſicut in fi. xv. diſ. ⁊. xix. di. anaſtaſius. ⁊
xxiiij. q. j. c. quicũq̃ꝫ. ⁊. ix. q. iij. c. nemo. ⁊. c. conqueſtus.
⁊. c. ꝑ p̃ncipalem. quia ſnĩa pape ⁊ p̃ncipis habet vim le
gis. l. j. ff. de conſtitutĩ. p̃nci. ⁊. l. fi. C. de legi. ⁊ ꝙ habeat
plenitudinẽ poteſtatis notãt doctoꝛes: ⁊ ibi Guillelm⁹
de monte lauduno in cle. ſi romanus pontifex. de ꝑben.
notant doctoꝛes in dicto. c. ꝓpoſuit de conceſ. ꝑben. Et
ꝙ papa ſit ſupꝛa conciliũ etiam in concernentib⁹ bonũ
vniuerſalis eccleſie. notat additio Bartholomei ad glo.
in. c. ſunt quidã. xxv. q. j. ꝑ tex. in. c. nõ debet de cõſang.
⁊ affi. facit. lxviij. di. c. coꝛepi. ⁊. lxxiiij. di. ꝑ totum. ad h̃
facit tex. de baptiſ. c. maioꝛes. qui dicit ꝙ maioꝛeſ cauſe
ad ſedem petri referende ſũt. ⁊ ſic cauſe fidei debent ad
papaꝫ referri. xxiiij. q. j. hec eſt fides ut patet ſolus papa
erroꝛes põt coꝛrigere circa fidem: qđ tamen debet intel
ligi ut dixi. s̃. circa p̃ncipiũ iſtius queſtiõis poſt duas
colũnas ⁊ infra dicam. ⁊ q2 ſicut xp̃us fuit dum vixit vl̃
in mũdo fuit verus vnicus paſtoꝛ ⁊ p̃nceps. xciij. di. ca.
dñs noſter omnẽ habens poteſtateꝫ eccleſie ſine aliqui
bus apoſtolis ita debet dici de Petro eius vicario ⁊ in
domino ſucceſſoꝛe ꝓbat̃ in. c. quotiens. xxiiij. q. j. ⁊ ibi
glo. ⁊ iđ volunt doctoꝛes in. c. ꝓpoſuit de conceſ. ꝑben.
ꝙ papa poteſt omnia niſi illa que nutriũt peccatum qđ
eſt intelligendũ qñ peccatũ ꝓuenit a lege naturali vel di
uina. ſecus ſi peccatũ eſſet ex contrauentione legis cano
nice vel humane: q2 papa tales leges põt tollere qm̃ ha
bet poteſtatẽ in omnib⁹ que habent foꝛmã ⁊ originem
a iure poſitiuo. vj. di. ꝑ totum. verba ſunt doctoꝝ in. c. cũ
ad monaſteriũ de ſtatu monacho. ⁊ ideo tollit leges edi
tas de faciendis oꝛdinibus vel de eoꝝ tempoꝛib⁹ obſer
uandis. Item ꝙ quis nõ habeat duo curata beneficia.
Ex quib⁹ patet ꝙ papa ẽ ſupꝛa omnia iura poſitiua etiã
a concilijs vel ab alijs pontificibus edita. Et ideo male
dixit Jo. mona. ꝙ collatiões epiſcopatuũ ⁊ ſtatuta data
marchianis ꝑ papam nõ erant valida: q2 facta ſine con
ſenſu cardinaliũ quia eoꝝ conſenſu opus nõ eſt ſi papa
nõ vult ut ante dixi imo vult glo. iiij. diſ. iij. §. leges. ꝙ ſi
ne conſenſu pape vel p̃ncipis totus populus non poſſet
tollere legem p̃ncipis ⁊ ſic conciliũ quod eſt in toto po
pulo fideli nõ poteſt tollere legem p̃ncipis: imo dicunt
legiſte in. l. non ambigit̃. ff. de legi. ꝙ totus populuſ nõ
poteſt hodie ſine p̃ncipe facere legem generaleꝫ. Ex qui
bus conſtat ꝙ maioꝛ eſt ſententia ⁊ potentia p̃ncipis ⁊
pape q̃ꝫ concilij vel totius alterius populi ꝙ hec ſenten
tia ſit vera poteſt oſtendi iure politico ⁊ naturali. politi
co iure inſinuat̃ ſic. Quando plura oꝛdinant̃ ad vnum
neceſſe eſt vnum regulare ⁊ regere. Alios v̓o regulari ⁊
regi ut vult ph̃s in politicis ⁊ ꝓbat̃ canonice. xxiij. q. iiij
duo iſta noĩa. ⁊. ff. de verbo. ſig. l. ꝓnũciatio. §. familie
ibi ſub vnius poteſtate. ⁊. v̓. pr̃. ⁊ huic debet ineſſe regẽ
di poteſtas ⁊ alijs obſequẽdi neceſſitas. xxj. di. §. in his
omnibus. ⁊. c. inferioꝛ. ⁊ hic ſũmus non debꝫ eſſe alicui
niſi deo ſubditus: quia reſpectu eiuſdem ſubiecti nõ po
teſt eſſe quis ſuperioꝛ ⁊ inferioꝛ. xxiij. di. in nomine do
mini. ibi: quia ſedes apoſtolica. ⁊ ideo xp̃s conſtitutur⁹
eccleſiam: elegit petrum in pꝛimum ꝑꝛelatum. xxiij. q. j.
loquitur. ⁊. xxij. di. c. j. ⁊. c. ſacroſancta. ⁊ pꝛo iſta ſenten
tia facit quia vbi eſſet pluralitas: ibi plurimum eſſet di
ſcoꝛdia. de peni. di. ij. c. quoniam adam. ⁊ ideo deus ſe
cundum diem dimiſit ⁊ in eo nihil fecit deſignãs dupli
cem numerum malum qui nos ab vnione diuidit. xxxij
q. j. nuptie. Hec eſt etiam ratio quare hominem vnum i
pꝛincipio tm̃ creauit: vt deſignaret in vno conſiſtere me
lius dominiũ: ⁊ vnitatem eſſẽ magiſ pꝛobabilem q̃ꝫ plu
ralitatem. xxiij. q. v. hec imago. ⁊ vt oſtẽderet ꝙ ſicut na
turale eſt vt multitudo ab vnitate pꝛoficiſcatur: ita ⁊ ad
ip̃am vnitatem reducatur. dicto. c. hec imago. pꝛeſertim
in iure regni ⁊ adminiſtrandi qđ regulariter non capit
duos iuxta ſententiam pꝛudentũ dicente Lucano: Nul
la fides regni ſocijs ⁊c̃. Nã pꝛopter pluralitatem Romu
lus interfecit fratrem Remum. vt. l. fi. ff. de rerum diui.
Quia vt dixi pluralitaſ parit diſcoꝛdiam. l. cum pater. §.
dulciſſimus. ff. de lega. ij. quod fuit oſtẽſum in vtero re
becce. nam eſau ⁊ iacob ratione pluralitatis in vtero in
uicem pugnauerũt. vij. q. j. in apibus. Et hoc vult Tuli⁹
de offi. dicens: Relatum eſt ap ud enium ꝙ nulla ſancta
ſocietas nec fides regni eſt: ⁊ ideo eſt neceſſe et vnum eẽ
pꝛincipem ſm̃ philoſophum. xij. metha. in fi. dum dicit
Entia nolunt male diſponi: pluralitas pꝛincipatuũ ma
la: vnus ergo pꝛinceps. Et hec ſententia patet diſcurren
tibus oꝛdinationem nature ſiue in coꝛpoꝛibus naturali
bus ſiue miſticis. Nam in vno homine indiuiduo qui
ſm̃ philoſophũ. vj. phiſi. dicitur microcoſmus ideſt mi
noꝛ mundus. nam om̃ia in ipſo melius ſe habent: cum
ipſa reducuntur ad vnum quod cetera regulet ⁊ guber
net. Nam ſiue conſideres in homine partem eius coꝛpo
ream ⁊ coꝛruptibilem varijs membꝛis diſtinctam: vt in
c. cum ex iniuncto. de hereti. Omnia iſta membꝛa et to
tum coꝛpus viuificantur a coꝛde: ⁊ ab ipſo oꝛtum ⁊ pꝛin
cipium habẽt: ⁊ membꝛa coꝛdi non coꝛreſpondentia pu
treſcunt et areſcunt. xxiij. q. vij. c. quemadmoduꝫ pꝛoba
tur. xxiiij. q. j. loquitur. ⁊ in. l. rerum mixtura. ff. đ vſuca
pio. Nam ſm̃ philoſophũ in libꝛo de differentia ſpirit⁹
et anime in coꝛde pꝛincipaliter eſt ſedes anime: que ani
ma totum coꝛp⁹ viuificat. de peni. di. j. c. item ſi anteq̃ꝫ.
et. c. ſi reſuſcitatus. ⁊ exiſtit tota in toto: ⁊ tota in quali
bet eius parte. ⁊ idem eſt in omni re etiam inanimata q̃
compoſita ex pluribus diuerſis elemẽtis vno ſpiritu cõ
tinetur. dicta. l. rerum mixtura. đ vſucapi. ⁊ reſoluta illa
anima vel illo ſpiritu in illo indiuiduo illa elementa re
ſoluuntur. quia vt ſcribitur circa finem pꝛimi de anima
aĩa magis retinet coꝛpus q̃ꝫ econtra. Silr̃ ſi cõſidera
mus in hoĩe partẽ ꝑpetuã ⁊ incoꝛruptibilẽ tũc ĩ eo etiã
debet eſſe virtus intellectiua regulãs ⁊ regens oẽs potẽ
tias ſenſitiuas ſiue ſint potẽtie ſenſitiue exterioꝛes ut vi
ſus tactus auditus olefactus de quib⁹ in ꝓhemio decre

taliũ ſiue ſint ſenſus cões interiores ut fantaſia cõagita-
tiua ⁊ memoratiua ut aliqui referunt in.c.cum cauſaꝫ.
de teſti. ⁊ phus in ſecũdo de aĩa. Nam tunc bene ſe ha-
bet homo cuꝫ virtus intellectiua bene regit ⁊ gubernat
omnes alias potentias ꝑdictas. Nam tunc datur pax ⁊
vnitas in aĩa humana ⁊ homo virtuoſus exiſtit ut ĩ cle.
ad noſtram.v̄.ij.de hereti. ſed ſi homo cum intellectu ñ
regulat ſenſus ita ꝙ nõ predominet̃ virtus intellectiua
in homine ſed ꝑmittat̃ ꝑueniri intellectus ab appetitu
⁊ vinci tũc homo,eſt malus ⁊ nõ virtuoſus nec habet in
ſe pacem ⁊ vnitatem ⁊ eſt ꝑinde ac ſi ſphera inferior mo
ueret ſuperiorẽ qui motus eſt contra naturam. Nam ſi
ſenſualitas que eſt ab initio repugnans intellectui ten-
dens ad malum ab adoleſcentia ſua: Geñ.ix.ca.⁊.xij.q.
j.omnis etas.⁊.xx.q.iij.ꝓcliuis nõ regulat̃ ab intellectu
qui ſillogizando ſemꝑ bonũ appeteret niſi ex ſenſualita
te homo ꝓcliuis ꝓlaberet̃ in peccatum:ut in auc̃.d̃ mo
nachis.§.ſi vo.tunc homo in ſeipſo eſt inquietus ⁊ pu-
gnam ſubſtinet.⁊ hoc eſt qđ apoſtolus dicebat ad Ro-
manos.vij.dum dicit:video aliam legẽ repugnantem le
gi mentis mee:ad Galathas ꝑmo.⁊.xxxij.q.v.ſi paulus
Cũuis igit̃ ab initio in homine ſit quedã pugna ⁊ diſſo-
nantia ꝓpter paſſiones appetitus ſenſitiui repugnãtis
intellectui ſi tamẽ virtus intellectiua predominat̃ ⁊ ob-
tinet in regulando appetitũ ſenſitiuũ que victoria ẽ na-
turalis ut dicit phus in ſecũdo de aĩa in tractatu de mo
tu ⁊ mouente. ⁊ eſt ſicut ſphera ſupior moueret inferio-
rem qui motus eſt naturalis tũc homo eſt virtuoſus et
habet in ſe vnionẽ ⁊ pacem:ꝓbatur de ſacra vnctio.c.j.
ibi:cuius pars ſupior ratio ⁊ inferior ſenſualitas.⁊ hoc
vult Proſper in libro de vita cõtemplatiua dicens: do-
minet̃ vitijs ratio ſubijciat̃ corpus aĩe ⁊ aĩa deo ⁊ iple-
ta eſt omnis ꝑfectio:de peni.di.ij.c.corpus noſtrũ.⁊ di.
iij.in ſalicibus.⁊ cõuenit homini. Tũc qđ ſcribit phus
ꝙ in virtuoſo oĩa conſonant:qꝛ potentie ſenſitiue corre
ſpondent intellectiue ⁊ ei parent delectabiliter.ſi igit̃ ſic
eſt in vno indiuiduo homine ut melius ſe habeat quan
do oĩa ſua regunt̃ ꝑ vnum ita debet eſſe in toto vniuer-
ſali mũdo ſimilitudinarie ut inquit phs octauo phiſico
rũ.melius igit̃ totus xpianus populus ſe habet cuꝫ oẽs
partes reſpondent ad vnũ principiũ qđ alios regulet et
gubernet ⁊ ꝙ nõ ipſe ab alijs gubernet̃ atqꝫ regatur qꝛ
ſm phm ꝑmo phiſicor omnia que ſũt vnius generis de
bent reduci ad vnum qđ eſt menſura eorũ que ſub ipſo
genere ſunt.docet̃ hec ſnĩa ſimiliter in myſticis corpori
bus. Nam ſi domuꝫ vnam conſideramus ipſa melius ꝑ
vnuꝫ regit̃ ſeniorẽ ſm phm.⁊ habet̃.xij.q.j.omnis etas
⁊ in.l.ꝓnũciatio.§.familie.de verbo.ſigni.ibi:vniꝰ pote
ſtate.⁊.xxiij.q.iiij.ca.duo iſta nomina. ⁊ ideo in domo
pater corripit filiũ ⁊ ſeruos etiaꝫ mercẽnarios.l.ſerui ⁊
filij.ff.de fur.l.reſpiciendũ.ff.de penis cum ſi.⁊ vir vxo-
rem.vij.q.j.c.ſicut.⁊ antiquior domus corripit inferio-
res.l.j.C.de emenda ꝓpinquor.⁊.l.j.C.de emenda ſer-
uor.⁊ idem eſt in oĩ alia vniuerſitate que ſm phm ſunt
quinqꝫ quas ꝓpter breuitatẽ obmitto ut omnes meliuſ
regant̃ ꝑ vnum ut ꝓbat̃.vij.q.j.in apibus. ſi igit̃ hec cõ
uenũt in omni vniuerſitate quãto hoc magis ↄueniẽs
eſt in toto humano genere ⁊ in toto orbe ut idem iuris
ſit in toto qđ in parte.xij.di.c.j.⁊.l.que de tota.ff.de rei
ven.cum pars ⁊ ordo partiũ non debeat eſſe melior ſuo
toto. Nam pars ⁊ ordo partiũ! ſunt ad ſuũ totum tanqꝫ
ad finem ut inquit phus ꝑmo ethicor.⁊ iure etiã diuio
hec ſnĩa oſtenditur. Nam inferiora regulari debent ad
inſtar ſuperior cũ ad imaginẽ dei creati ſumus ut vult
beatus Auguſtinus. ⁊ habet̃.xxxiij.q.v.hec imago.⁊ d̃
peni.di.ij.c.ꝑncipium.⁊ phs ꝑmo methaphiſice.⁊ octa-
uo ethicor. ⁊ hoc vult Boetius in libro de cõſolatione
dicens: O felix hominũ genus ſi veſtros animos amor
quo celũ regit̃ regat.⁊ ſicut in ſupioribus eſt vnus deus
de ſũma trini.c.j.⁊.c.damnamus.ita in terris debet eſſe
vnus dei vicarius cui omnes alij inferiores pareant ſi-
cut in celis diuerſi angelor ordines vni deo parẽt.lxx-
ix.di.c.ad hoc.⁊ ideo deus vnam eccleſiã conſtituit nõ
plures ut vnus eſſet dei vicariꝰ in ea atqꝫ ſponſus.xxiiij
q.j.loquit̃.quia hieruſalẽ terreſtris.i. eccleſia militans
ſimilis eſſe debet eccleſie triũphanti iuxta verbũ Johis
in apocalypſi dum dicit:vidi hieruſalẽ deſcendentẽ de
celo.i.eccleſiã militantẽ que debꝫ eẽ ſimilis triũphanti
ſed tunc magis eſt triũphanti ſimilis cum regit̃ ꝑ vnum
ſicut ipſa celeſtis ꝑ vnuꝫ regit̃:quia deus querit ꝑficere
humanũ genus ꝑfectione gratie ſicut ipſe eſt ꝑfectus ꝑ-
fectione nature:de ſũma trini.c.damnamus. ſed deus ẽ
ꝑfectiſſimus entiũ ut inquit phus.xij.methaphiſice.ca.
monet aũt habet̃ in.c.maiores.de baptiſ.ex eo maxime
ꝑfectus ẽ ꝙ ipſe eſt ens maxime vnuꝫ ⁊ maxime bonuꝫ
ſm phm.⁊ ꝓbatur ĩ dicto.c.damnamus.ibi:volo pater
ut ſint vnũ ſicut ⁊ nos vnum ſumus:⁊ ideo ſcriptum eſt:
Audi hieruſalem deus tuus vnus eſt vnde infert̃ ꝙ eſt
ſũmũ bonum id qđ eſt,maxime vnum ⁊ idem in ſe bo-
num qđ eſt vnum.ideo Pictagoras in correlationibus
ſuis ex parte boni ponebat vnuꝫ:ex parte mali ponebat
plura. Et hec ſentit pſalmiſta dicens: a fructu frumenti
vini ⁊ olei multiplicati ſunt oſtendens ꝙ ꝓpter tempo-
ralia a deo vno receſſerant ⁊ peccãdo multiplicati erant
quia nil aliud eſt peccatum qꝫ ꝓgredi,ab vno ſpreto ad
plura:ut ꝓbat tex.in.c.item ergo. de peni.di.ij.ibi ex ea
enĩ parte quis peccat ex qua minus deũ diligit ⁊ſic ſpre
uit deum vnũ ⁊ diſcurrit ad multa puta ad amoreꝫ tem-
poraliũ vini ⁊ olei ⁊ ſimiliũ ⁊ ꝓprij corporis pluſ qꝫ hu-
mana fragilitas requirat hanc igit̃ vnitatem xps conſi-
derans vnã ↄſtituit eccleſiã ⁊ vnũ voluit eſſe caput eius
⁊ ꝑncipem.xxiiij.q.j.loquit̃.⁊.xxij.di.c.j.vbi ꝓbatur ꝙ
xps petrum principalẽ eccleſie ꝑfecit ut conſeruaret vni
tatem:qꝛ ſm apoſtolum. Nos ſumus omnes vnum cor
pus vnus ſpũs vna ſpes vocationis ⁊ vnus eſt dominꝰ
vna fides ⁊ vnuꝫ baptiſma ⁊ vnus deus ⁊ vnus dei ĩ ter
ris vicarius ⁊ vna eccleſia ⁊ vnum corpus myſticuꝫ.iij.
q.iiij.engeldrudam.ideo debet habere caput vnum nõ
plura de offi.ordi.c.qm̃ in pleriſqꝫ ⁊ hic eſt papa: ut.ix.
q.iij.c.alior quẽ xps ut dixi principem apoſtolor ⁊ ec-
cleſie fecit Johis.c.ſi.⁊ habet̃.vij.q.j.mutatiões.⁊.lxxx.
di.in illis in ſi.⁊.xxij.di.§.prima ergo fides. ⁊ hoc dicit
Auguſtinus ĩ libro de vnico baptiſmo.⁊ habet̃.ij.q.vij
puto.⁊.xxj.diſ.c.ĩ nouo.vbi eſt tex.ꝙ petro ꝑmũ ſũmus
pontificatus datus eſt quẽ pontificatũ ꝑmo habuit añ
paſſionẽ xpi in ꝓmiſſione dum dixit xps Mathei.xvj.
tu es petrus ⁊c̃. Nõ igit̃ tunc dedit vel in eo edificauit
ſed edificaturũ ſe ꝓmiſit ⁊ idem dum dixit xps: tibi da
bo claues regni celor. Ante igit̃ paſſionẽ xpi ꝓmiſit ſed
nõ dedit ⁊ eſt ratio:qꝛ ſubſiſtente xpo ꝑmo ſũmo ſacer-
dote alius vniuerſalis conſtituendus nõ erat.vij.q.j.c.
factus eſt cornelius.quia offenſus fuiſſet articulus qui
dicit:⁊ in vnã ſanctã catholicã ut dicit Gregorius. ⁊ ha
bet̃.l.di.c.conſiderandũ el ꝑmo.⁊ ibi etiã glo.c.diſ.c.ſi.
⁊ hoc ꝓbat̃ Johis ꝑmo cuꝫ xps dixit:ſymon es bariona
⁊ vocaberis cephas qđ idem eſt qđ caput ut denotaret
apoſtolor ⁊ eccleſie caput.ideo Dionyſius ĩ libro de di
uinis nominibꝰ vocat petrũ vertigalem.⁊ idem in quin
to libro de hierarchia eccleſiaſtica. igit̃ queãdmodum
omnia membra recipiũt influxum a capite ſenſus ⁊ mo
tus ſiue ſm alios a corde ⁊ nõ econtra.ſic tota eccleſia re
cipit viuificationem a papa qui eſt caput ſiue cor eccle
ſie Cũuis caput nõ bene poſſit oꝑari ſine alijs ſuis mem-
bris ⁊ ſic concludit aliud contrariũ argumentũ:ſed non

eſt tamen ꝙ nõ poſſit caput ſine pedibus aut manibus
aut oculis operari. ſed ꝑfectius cum ipſis operaꝛ ⁊ ideo
ipſi ſoli petro lintheũ fuit ſubmiſſũ de celo in quo erant
omnia quadrupedia ſerpẽtia ⁊ volatilia Actuũ. xxviij.
ca. ⁊ ei ſoli dictuȝ eſt: ſurge petre de omnibꝰ illis anima
libus occide ⁊ mãduca. xxiiij. q. ij. §. inter hec. ꝙ lintheũ
nemo ambigit vniuerſum mundũ cum cunctis homini
bus diuerſoꝝ rituuȝ deſignare ⁊ occidere ⁊ manducare
nil aliud eſt ꝙ̃ peruerſos mores in ipſis precidere ⁊ eos
in ſua ꝑſona toti eccleſie incorporare. Ex quibꝰ conclu
ditur ꝙ petrus fuit prelatus alijs apoſtolis ⁊ toti eccle
ſie militanti tanꝙ̃ princeps ⁊ prelatus. ⁊ hoc vult Criſo
ſtomus ſuꝑ id Luc. xxij. c. ibi petre ꝓ te rogaui ⁊c. dicit
enĩ obmiſſis alijs venit ad petrum ceteris ꝑlatum. Idẽ
Auguſtinus ſuꝑ illo verbo petrus ambulat ſuꝑ aquas.
dicit ṗmo apoſtolo. i. petro in ordine apoſtolorũ firmo
⁊ precipuo. Idem Cyrillus ſuꝑ illo verbo ⁊ tu aliqñ cõ
uerſus cum te ṗncipem apoſtolorũ deputauerim. vnde
concludiꝛ ꝙ fuit petrus ṗnceps apoſtoloꝝ eccleſie mili
tantis a xp̃o conſtitutus ſummus ⁊ ei data omnis pote
ſtas ut ipſius xp̃i eſt vnicus legitimꝰ ſucceſſor ⁊ ṗnceps
ſolus ſicut xp̃s fuit ⁊ ſic hodie ſit in ſũmo pontifice xp̃i
vicario quicq̇d alij doct. male ſentiant ⁊ ꝙ maior ſit ſen
tentia pape ſolius ꝙ̃ alterius totius xp̃iani populi patȝ
ꝑ ꝑ̇dicta cum modificatione tamen de qua infra dicam
al's ſi diceres omnẽ poteſtatẽ ſũmaȝ fuiſſe tñ datam to
ti eccleſie vniuerſali ita ꝙ nõ petro tanꝙ̃ capiti ⁊ eã eſſe
potius apud generale concilium ipſam eccleſiã repreſen
tans tunc concilio diſſoluto quod etiam raro celebrari
conſueuit ceſſaret totius fidei ⁊ eccleſie fundamentuȝ ⁊
cum ardua quotidie dirimenda concurrãt nõ eſſet qui
diffinire poſſet cum ad totam eccleſiã aditus eſſet quo/
dãmodo impoſſibilis. l. apud iulianũ in fi. ff. de lega. j. ⁊
eccleſie collectio ꝑ concilium nõ eſt facilis ⁊ ideo potiꝰ
dicendũ eſt ꝙ poteſtas maioꝝ cauſaꝝ ſit in petro ⁊ apo
ſtolica ſede tanꝙ̃ in capite ita ꝙ in his habeaꝛ reſpectꝰ
ad fidem petri ⁊ illius beatiſſime ſedis tanꝙ̃ ad ſolem.
vnde lumen fidei ⁊ ſplendor vnitatis in totam cauſetur
eccleſiaȝ. xxiiij. q. j. loquiꝛ. ⁊ hoc vult in epiſtola ad oriẽ
tales ſanctus Maximinus ut refert Thomas allegans
contra grecos dum dicit omnes inquit fines orbis qui
dominũ ſincere receperũt ⁊ vbi terraꝝ veram fidem con
fitentes in eccleſiam romanã tanꝙ̃ in ſolo reſpiciunt ⁊
ex ipſa lumen catholice ⁊ apoſtolice fidei recipiũt. vnde
videꝛ neceſſe eſſe concludi debere ꝙ plenitudo poteſta
tis ṗncipaliter reſideat in papa ⁊ qñ nõ ſit ĩ generali pre
latoꝝ congregatione ⁊ ꝙ ſi contingat conciliũ generale
celebrari ꝑ hoc nõ augmenteꝛ aut minuaꝛ iſta poteſtas
niſi quatenus habet comprobationeȝ vel vſum eccleſie
vniuerſalis qui eſt neceſſarius ad validitatem. iiij. diſ.
§. leges. ibi: cum vſibus hominũ comprobaꝛ. vnde vide
tur ꝙ maior ſit ſñia pape ꝙ̃ concilij ⁊ maxime ſi reſpon
deaꝛ cõtrarijs tamen infra qḋ ſentiã decidam confuta
tis tamen prius iſtis ⁊ dum diciꝛ ꝙ apoſtoli fuerunt ec
cleſie fundamenta reſpondeo ꝙ eſt differentia inter pri
mum vnicũ fundamentuȝ ⁊ plura fundamẽta. nã funda
mentũ vnicũ denotat xp̃m in quo velut in ſũmo angula
ri lapide fundata fuit eccleſia: ut in cle. j. de ſũma trini. ⁊
in. c. cum paulus. j. q. j. Nam apoſtolus ad Corinth. iij.
ca. dicit fundamentũ nulluȝ aliud poni poteſt niſi illud
quod eſt xp̃s: de preſbytero nõ baptiſ. c. veniens. ⁊ in. c.
fundamenta de elec. li. vj. ⁊ de voto. c. j. eodẽ libro. ⁊ hoc
xp̃i fundamentũ relictum fuit petro. xxij. di. c. j. vbi dici
tur ꝙ omnes dignitates eccleſiaſtice a romana eccleſia
ſuſcipiũꝛ. ipſa aũt eſt fundamentũ ſuꝑ petraȝ fidei mox
naſcentis ꝑ ipſum xp̃m qui petro eterne vite clauigero
terreni ſimul ⁊ celeſtis imperij iura cõmiſit. Ad idẽ tex.

e. di. c. ſacroſancta. vbi diciꝛ ꝙ nõ ab apoſtolis ſed a ſal
uatore xp̃o petrus primatum obtinuit ꝑ illa verba tu es
petrus Mathei. xvj. c. ⁊ habeꝛ. xxj. di. c. ꝙ̃uis. Apoſtoli
v̇o poſt petrum fuerũt ſecũdaria fundamenta: igiꝛ petrꝰ
licentiã predicandi cõceſſit paulo ut dicit glo. xxj. di. ꝙ̃
uis. ⁊ ideo dicit Archi. xxij. di. c. ſacroſancta. ꝙ apoſtoli
ṗncipem petrũ conſtituerũt ſecundario cum primũ fuiſ
ſet cõſtitutus a xp̃o. ſimiliter diciꝛ ꝙ a ſydonis eccleſia
romana accepit poteſtatẽ. xvij. di. §. hinc etiaȝ. v̇. deinde
ſed debet intelligi ſecũdario nõ ṗncipaliter ut ibi notat
glo. in. v̇. poteſtatem. vel debet intelligi declaratiue nõ
collatiue. iij. q. vj. c. dudum. q2 nemo dat quod non ha
bet. l. indebiti ſoluti. §. ſed ſi nũmi. ff. de condi. indebi. ſȝ
relaxare culpas in deum cõmiſſas nõ poteſt concedere
tota vniuerſitas humana ſed ſolus deus: ⁊ ideo ligare ⁊
ſoluere in foro penitentiali nõ poteſt facere niſi qui ha
bet a deo poteſtatẽ nõ ab hominibus: quia iudicare de
foro conſcientie ꝑtinet ad ſolum deum qui ipſaꝝ eſt co
gnitor. Item papa habet dirigere genus humanum ad
eternã vitam querendã ⁊ ipſis inferioribus aperire celi
ianuas: ſed hoc nõ poteſt facere niſi qui a deo poteſtatẽ
habet. Item poteſtas papalis eſt q2 ipſe ẽ vicarius ieſu
xp̃i ⁊ legatus dei: de tranſla. ꝑla. c. quanto. ſed vicarium
conſtituit ſolum ille qui eſt ſuperior ⁊ conſtitutus infe
rior eſt illi vicarius ut ĩ toto titulo de offi. vicarij. Simi
liter quis nõ poteſt eſſe legatus niſi illius qui eũ conſti
tuit ergo poteſtas pape eſt a xp̃o ĩmediate ⁊ ipſe xp̃s eſt
fundamentũ a quo iſta poteſtas ꝓceſſit. Et ſi diciꝛ ſimi
liter ⁊ ep̃i ſunt vicarij. xxxiij. q. v. mulierem. verũ eſt ſed
nõ eodem modo ſũt vicarij. nam petrus fuit ꝑ ſpũalem
inſtitutionẽ xp̃i ⁊ ṗncipaliter illi ꝑ medium petri ⁊ ſub
petro. Eſt ergo xp̃s eccleſie fundamentum qui fundauit
eã in petro ⁊ deinde in apoſtolis. Nam fundamentũ ⁊
fundamenta ſumunꝛ multis modis ut notaꝛ in cle. j. de
ſũma trini. Unde concludiꝛ ꝙ ṗncipale fundamentum
fuit in xp̃o ⁊ deinde in petro ⁊ hodie in papa. ⁊ ꝙ fũda
mentum fuerit in ſolo petro totius eccleſie ꝓbaꝛ. nam ſi
eccleſia nõ fuiſſet fundata ſuꝑ petro ſolum ſed ſuꝑ tota
ipſa vniuerſali eccleſia ſequereꝛ ꝙ ipſa eccleſia eſſet fun
damentũ ⁊ ſuiipſius fundamentuȝ qḋ dicere videtur ri
diculum. Et ideo in petro fuit illud vnicũ fundamentuȝ
qḋ prius fuerat in xp̃o: q2 xp̃s fuit illa petra in qua fuit
fundata eccleſia ut dico ĩ opere monarchie in vna q̇õne
que incipit: nũc aliud videndũ reſtat. cui primũ hec ip̃a
poteſtas collata fuit. Et ex iſtis concludi videꝛ ꝙ xp̃us
fuit fundamentũ ⁊ poſt xp̃m petrus ⁊ poſt petruȝ ſucceſ
ſiue alij ſũmi pontifices ⁊ in alijs ep̃is fuit ſecũdario: q2
videntes ꝙ meſſis erat multa: oꝑarij v̇o pauci opus fuit
cõicare pluribus dũ tñ illi plurimi a ſolo petro recogno
ſcerent tanꝙ̃ a ṗmo fundamento. xix. diſ. ita dominus.
Et cum diciꝛ ꝙ petrus habuit ſolum poteſtatẽ ſignifica
tiue ſiue figuratiue: imo dicendũ eſt ꝙ habuit vere ⁊ ṗn
cipaliter ⁊ fundamentaliter ut ab ipſo vno capite eccl'ie
vnitas oſtendereꝛ ⁊ firmaretur. xxiiij. q. j. loquitur. quia
vna eſt eccleſia ⁊ vnus ipſius ep̃us que in multitudineȝ
latius incremẽto fecũditatis extendiꝛ dicto. c. loquitur.
⁊ ſicut multi radij ſunt ſi vnũ lumen ⁊ rami arboris mul
ti ⁊ vnũ robur ſic eſt vna eccleſia habens vnũ epiſcopuȝ
qui eius vere habeat oĩmodam poteſtatẽ: ⁊ hoc volũt
omnes ſancti doctores ut in petro ſit vere ⁊ ꝑ ipſuȝ deri
uetur in alios epiſcopos. xix. di. ita dominus. Nam licȝ
ſuſceperit ut dixi poteſtatem: tamen talis poteſtas non
fuit mere ꝑſonalis ut extincto ipſo petro talis poteſtas
extincta foret ſed recepit ꝓ eccleſia que erit perpetua: q2
nõ poteſt deficere vel nõ eſſe. xxiiij. q. j. pudenda. ipſe g̊
petrus poteſtatem ſolus ſuſcepit eccleſie nomine: quia
eccleſia eſt in papa ⁊ papa eſt in eccleſia. vj. q. j. ſcire. Et

quod dicit ſupra de epiſcopo ⁊ capitulo loquit ibi de his que epiſcopus nō poteſt ſolus ſine capitulo ⁊ tunc demū faciat ſi habet maiorꝫ partē capituli: ut in dicto c. poſtulaſti. ⁊ quod ibi notat de conceſ. ꝑben. ſed ī his que ſunt in ſola poteſtate epiſcopi ipſe facit ſine capitulo: ut in. c. j. §. cuꝫ vo. ne ſede vacan. li. vj. ſic papa exercet poteſtatē ſuam ſine alicuius conſilio vel volūtate ſimul qꝛ ut dixi ſoli petro pre alijs poteſtas data fuit. Et dum dicit ꝙ omnes apoſtoli pari conſortio cum eo conſtituti ſunt. debet intelligi in ordine nō in adminiſtratione: ut vult glo. in. c. in nouo. ibi: pari cōſortio quia in iuriſditione vel adminiſtratione petrus fuit maior omnibꝰ apoſtolis. lxxx. di. in illis. ⁊ ꝓbat tex. xxiiij. q. j. c. ē aliud vbi beatus Ambroſius dicit ꝙ eſt aliud piſcandi genus quo genere ſolum petrum piſcari dominus iubet dicēs mitte hamū ⁊ eum piſcem qui primo aſcendet tolle. Intelligens per hamū iuriſditionem in qua petrus prefuit alijs apoſtolis: quia hamo. i. ferro putride carnes abſcindunt. ita dicit ibi glo. ⁊ lxxxij. di. plurimos. iteꝫ ſolo petro dicit ꝙ ducat in altum cum alijs dictum fuerit ꝙ laxent retia: quia ipſe ſolus petrus debet ducere in altum ſcilicet diſputationū: qꝛ ſibi ſoli maiores cauſe reſeruate ſūt: de baptiſ. c. maiores. xvij. di. multis. xxiiij. q. j. quotiens. Similiter moyſes ⁊ Aaron fuerūt pares in conſecratione ſꝫ in adminiſtratione moyſes ſolus fuit maior xxij. di. ſacroſancta. ⁊ §. ꝑma ſedes. Et dum dicit ꝙ deberet totum ꝓut eſt concilium ꝑualere parti ⁊ ſic pape qui eſt pars concilij iſtud debet intelligi quando totuꝫ eſt vnitum ſed ſi diſcrepat papa caput totius nō eſt ibi concurſus totalis ⁊ cum poteſtas pape nō ſit a toto concilio vel a tota eccleſia vniuerſali ſed a deo ut dictuꝫ eſt ſequit ꝙ poteſtas nō eſt minor ꝓpter diſſenſum partiū quia eius poteſtas nō dependet a virtute totius ſꝫ aliūde ideo eſt a deo qd patet: quia xp̄us eſt caput eccleſie ⁊ tamē ipſe ſolus nō eſt minor tota eccleſia: quia poteſtas ſua ⁊ pape nō ſubeſt ab eccleſia ſed voluntas totius concilij bene dependet ab auctoritate pape. xvij. di. ꝑ totum qua ceſſante concilium nihil poteſt. Et dum dicit ꝙ poteſtas fuit conceſſa toti eccleſie fateor ſed ut dixi ⁊ dico ſub petro ꝑ ea que infra dicam ⁊ ē vna poteſtas nō due ⁊ eſt inſolidum in papa ⁊ in alijs tanꝗ̄ iuocatos in partem ſollicitudinis niſi qñ papa eſſet hereticus: quia tūc cum perdat ipſo iure dignitatem ⁊ nō ſit papa poteſtas iſta remanet ī tota eccleſia vniuerſali que iſto caſu ⁊ qñ turbaret eius ſtatus papam iudicat ⁊ compellet ad non deſtruendū eccleſiaꝫ: qꝛ finis. i. eccleſia finis pape imponit hoc caſu neceſſitatem ipſi pape qui eſt ad finē ⁊ hoc caſu ipſum iudicat ⁊ deponit ⁊ hoc modo eſt iſta poteſtas in eccleſia ꝑncipaliter ⁊ obiectiue al's autē nō eſt in ipſa eccleſia vniuerſali iſta poteſtas tota papa exiſtente catholico ⁊ ſede petri nō vacante al's duo iſtam poteſtatem inſoliduꝫ poſſiderent qd eſt impoſſibile ⁊ eſſet ponere in eccleſia duo ꝑncipia quod nō eſt dicendū. xxiiij. q. j. cerdoniani. Et ad illa que habēt in actibus apoſtolorū ꝙ ꝗuis haberent petrum principem nihilominus omnia ſimul faciebant. Item ꝙ xp̄s omnibus has poteſtates dediſſe videt. Reſpondet ꝙ petrus ex humilitate cōmunicabat omnibꝰ apoſtolis que potuiſſet ſolꝰ facere ꝓut legit Actuū tertio petrū dixiſſe conſiderate viros ex nobis boni teſtimonij ⁊ ipſi elegerunt ſtephanuꝫ ſimiliter papa facit cum cōcilio cardinaliū. vj. q. j. ſiquis cum militibus. que tamē poſſet ſolus facere ex poteſtate ſibi attributa: qꝛ nō mandauit deus ſibi poteſtatē ut cum concilio illam exerceret. ⁊ ideo credo ꝙ papa legatum de latere poſſꝫ mittere ſine concilio cardinaliū. nec illa lex allegata ꝑ Speculatorē de qua ſupra dixi ꝓbat contrariū. ſimiliter moyſes ꝗuis haberet ꝑ ſe poteſtatē eligendi officiales ī populo. dedit tamē ipſi populo auctoritatem dicens: date ex vobis viros ſapientes. ſimiliter imperator prebet auctoritatē populis ſibi ſtatuta cōdere. l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ tamen ꝑnceps ſolus poteſt ſpeciales ⁊ generales leges dare. l. humanū C. de legi. vel poteſt dici ꝙ cauſe fidei ſunt cuꝫ concilio fiende licet ⁊ papa ſolus poſſet facere. xvij. diſ. c. multis. ut ſupra dixi ⁊ licet xp̄s poteſtates omnibꝰ apoſtolis cōceſſerit: quia ipſe erat ſūmus ſacerdos tamē ita cōceſſit ut ſub petro illas exercerent. xix. di. c. ita dominus. Nā ſicut a prima cauſa omnia recipiūt virtutē ⁊ nō ab ipſa īmediate ꝑ medium ꝑmi mobilis ſm phm. ⁊ ſicut omīa corpora ſupceleſtia recipiunt lumen a prima cauſa ſꝫ nō īmediate ſed per medium ſolis. ſic poteſtas diſcipulorꝫ ꝗuis eſſet a xp̄o debet eſſe alicuius ſūmi pontificis medio: ⁊ hic fuit petrus qui ſucceſſit xp̄o ī ſacerdotio eius vicarius ⁊ dei legatus. vnde apoſtoli omnes petro tanꝗ̄ principi deferebant ſicut fecit Johannes qui fuit maior poſt petrum. Nam poſt miſſionem ſp̄us ſancti primuꝫ miraculum fecit Petrus Actuū tertio ca. Item legit in geſtis ſymonis magi ꝙ paulus detulit petro ⁊ ꝙ etiam circa poteſtatem miracula faciēdi maior fuerit petri poteſtas patet: quia vmbra ſua ſanabat infirmos Actuū. v. ca. quod de alijs apoſtolis nō legit. Item ante paſſionē diſcipuli nō erant ſub petro ſed ſub xp̄o ⁊ ideo cum petro tūc erant in pari conſortio ſed poſt paſſioneꝫ fuerūt ſub petro ⁊ ipſi deferebant. vnde in penthecoſten ꝑmuꝫ ſermonē fecit petrus Actuū. ij. ca. ⁊ ideo tex. xxj. di. ī nouo. dicit ꝙ petrus populos virtute ſue ꝑdicatiōis ad fidem ꝑduxit. Et dum dicit ꝙ in ſynodis ſiue congregationibus etiā apoſtolorꝫ fiebant omnia ſub nomine vniuerſitatis ⁊ nō ſoliꝰ petri ut plerūqꝫ etiā faciūt iura dicūt ſacro concilio approbante ſiue conſulente tamen principalis erat petrus ⁊ ideo in illo ca. in nouo. cum dicitur placuit nobis collectis in vnum. ſ. cum petro qui ut dicit Criſoſtomus eſt os diſcipulorꝫ ⁊ vertex colloquij. Et ad illud quod dicit ꝙ eſt maior ſententia cōcilij ⁊ ꝙ papa nō debet poſſe facere quod eſt peccatū ſicut nec deus Et ꝙ nō eſt ei parendum male iubenti in hoc ſunt plurima videnda. Primum quid poteſt papa ipſo ſolo papa conſiderato ſine iudicio romane eccleſie. ⁊ hoc quid poſſit in genere quia quid poſſit in ſpecie in opere monarchie dixi. Et an ſi facit malum poſſit corrigi ⁊ cuius ſententia tunc ſit attendenda eius an alterius ut puta concilij generalis vel pape aut romane eccleſie ⁊ apoſtolice ſedis. Et an tunc conciliuꝫ ſit maius papa ita ꝙ tollat ſtatuta pape ⁊ ipſum iudicet: ⁊ ꝓſertim an conciliuꝫ generale reprehendat papaꝫ ſi papa habet cum ſua ſententia ſedis apoſtolice ⁊ romane eccleſie iudiciū quod ē aliud ab ipſo ſolo papa ut de reſcriptis. c. ſi gratioſe. li. vj. Et ſic erit videnduꝫ que ſententia ꝑualeat an romane eccleſie vel eccleſie vniuerſalis a romana eccleſia forſan diſcrepantis. Et ꝑmū dicā de ſentētia ⁊ factis ſoliꝰ pape. Et ad primū dico ꝙ papa poteſt quicquid vult poſſibile ⁊ honeſtum. nam impoſſibilia papa nō poteſt ⁊ impoſſibile eſt cuius contrariū eſt neceſſarium. Eſt autē neceſſariū ius diuinū ⁊ naturale ⁊ ideo ſi papa precipit vel ſtatuit quod deo nō placet vel nutrit peccatuꝫ hoc papa nō poteſt: quia papa poteſt omnia que nō ſapiunt peccatum: ut notant doc. in. c. ꝓpoſuit de conceſ. preben. loquor ut dixi de peccato proueniente ex lege naturali vel diuina nō ſi ex lege poſitiua ut humana: qꝛ illam poteſt tollere cum ſit ſupra ius ⁊ omnia iura poſitiua ideo non poſſet ſtatuere mandando ꝙ aliquo caſu liceret adulterari: qꝛ ſcriptum eſt: Nō mechaberis. ⁊ eſt adulterium iure diuino ꝓhibitū: de iureiuran. c. ⁊ ſi xp̄us. niſi ꝑmitteret ut euitaret maius malum ⁊ hoc modo homicidiuꝫ poteſt

mandare ⁊ ꝑmittere ꝙ lex tunc occidit nō homo quan/
do qui mandatur occidi dignus eſt mori. l. palam. ff. de
ritu nup. ſecus ſi morte dignus nō eſſet tunc nō valeret
mandatum adeo ut accuſatus nō tenet̄ reſpondere accu
ſationi male inſtitute. C. ut nemo p̄ma. l. ij. ⁊ l. ſi ſeruus.
C. de his qui ad eccle. cōfu. Item ſi ſine cauſa lex vel pa
pa denegaret ꝙ filio nō preſtarent̄ alimenta nō valeret
ſed cū cauſa ſic ut ſi eſſet hoſtis ciuitatis qui poſſet man
dari a parente etiaꝫ occidi nedum alimenta denegari. l.
minime. ff. de religi. ⁊ ſumpti. fune. Et concludendo nō
poteſt papa contra legem diuinaꝫ vel nature ſine cauſa
nam nō poteſt facere ꝙ leges nature nō habeant locum
in actibus ſuis: de re iudi. cle. paſtoralis. quia ut dixi. ſ̄.
ipſe nō poteſt facere id quod decoloret ſuam dignitatē
vel ledat vel derogetur eius excellentie. Sed modo re/
ſtat videre an ſi conſtat ꝙ male facit de hoc poſſit iudi/
cari a concilio vel ab aliquo alio ⁊ in hoc dico ꝙ non: ⁊
hoc ꝓbant omnia iura ſupra inducta. ⁊ ideo dixit gloſa
lxxix. di. c. ſiquis pecuniā. ꝙ ipſe papa poteſt dicere do/
minus ē qui me iudicat: ⁊ ideo male dixit dn̄s cardina/
lis florentinus Franciſcus de zabarellis ꝙ talia facta iu
dicent̄ a concilio vel ꝙ ſuperius tunc ſit conciliū ut pro
bant iura que ſupra deduxi: ⁊ ideo ſi papa manibus ꝓ/
prijs infinita homicidia cōmiſiſſet a nullo poſſet iudica
ri. Idez ſi cōmiſiſſet millies ſimoniā fallit niſi error eſſet
in cauſa fidei: qꝫ hoc caſu eſt maior ſententia concilij q̄ꝫ
ſolius pape ut dixit glo. xv. di. ſicut ī fi. ⁊ xl. di. c. ſi papa
⁊ de hoc ſtatim ſubdam. Credo etiam idem in omni he
reſi damnata ꝑ concilia ut ſi papa in illaꝫ incidat poſſit
a concilio iudicari: quia tex. in. c. ſi papa. xl. di. non dicit
ꝙ ꝓ hereſi ſolum deponatur ſed dicit ꝙ deponit̄ quan
do deuiat a fide: ſed deuiat a fide qn̄ illud quod eccleſia
vniuerſalis damnauit ꝓ hereſi ipſe approbat ut fidei cō
ſonum. Et latius iſta ego ꝓſequor in opere monarchie
in queſtione an ꝓ peccato ſcandalizante eccleſiam papa
iudicet̄. Et eſt ratio: quia papa ē caput eccleſie poſt deū
quia deus eſt primū caput eccleſie ⁊ xp̄s: de voto. c. j. li.
vj. ſed poſtq̄ꝫ ceſſauit a mundo xp̄s papa eſt illud vnicū
caput xp̄i repreſentans ita ꝙ eſt vnum caput nō duo ca/
pita iuxta illud ad Epheſios p̄mo. ipſum dedit in caput
ſuꝑ omnē eccleſiam que eſt corpus eius. vnde deuiādo
a fide mortuus eſt iuxta ſn̄iam abacuch: quia iuſtus ex
fide viuit. igit̄ papa deuians a fide nō poteſt vitam in/
fluere in alijs eccleſie membris quia ut dixi principium
vite ſpiritualis eſt fides. Nam ſine fide eſt impoſſibile
placere deo cum ſm̄ apoſtoluꝫ ad Hebreos. xj. fides eſt
ſubſtātia. i. fundamentū omniū ſperādaꝝ rerū ⁊ omniū
virtutū: quia vbi xp̄s nō eſt ſubaudi ꝑ fidei fundamen/
tum nullum boni operis eſſe poteſt ſuꝑ edificium. j. q. j.
c. cū paulus. ſed papa a fide deuiante ipſe cōtinuo mor/
tuus eſt: quia nō operat̄ ſm̄ fidem ⁊ fides ſine operatio
ne mortua eſt Jacobi. c. ij. ⁊ de ſacra vncti. c. j. §. quia vō
xp̄s. ⁊ j. q. j. ca. fertur. vnde ſi mortuus eſt papa caput ec/
cleſie nō poteſt ſpiritus vitalis in ceteris membris infū
dere: qꝫ principiū vite plurimū eſt in capite: ⁊ capite lan
guente facilius reliqua corporis membra inficiunt̄ ⁊ a
planta vſqꝫ ad verticem nō eſt in eo ſalus. vj. q. j. §. verū.
⁊ ideo continuo dignitateꝫ perdit: ut notat Jo. an. in. c.
ut cōmiſſi de hereticis in. vj. ut hec latius dixi in monar
chia in queſtione an papa ꝓpter hereſim papatuꝫ ꝑdat
īmo plus dixit glo. xl. di. c. ſi papa. quod idē eſt in omni
delicto ſcandalizante eccleſiam ut papa poſſit pro ipſo a
concilio iudicari qn̄ monitus ſtat incorrigibilis ⁊ ī ſua
obſtinatione ꝑſiſtat. Nam talis contumacia dicit̄ here
ſis. lxxxj. diſ. ſiquis preſbyteri. nam qui crimen aliquod
defendit ⁊ de illo ſe corrigere nō vult ꝑuerſus eſt et pro/
prio iudicio condemnatus: ut dicit apoſtolus ad Tituꝫ

ca. ij. quia error cui nō reſiſtit̄ approbatur ⁊ p̄latus tacē
do conſentit. xliij. di. c. ſit. lxxxiij. di. error. ſi eni prelatus
nō emendat delicta notoria in alijs nedum ī ſe eſt ſuſpe
ctus ꝙ ſit talis vitij aſſeuerator ⁊ quia qui rebelliter vi/
uit ⁊ dicere aut agere bona recuſat magiſ diaboli q̄ꝫ xp̄i
membrū eſſe oſtendit̄ ⁊ potius infidelis q̄ꝫ fidelis eſſe
monſtrat̄. xxxviij. di. c. fi. ſed hanc glo. ego intellexi ve/
ram quando nō ſolum tale delictum cōmittit ſed etiam
illud verbis ⁊ facto nō eſſe delictum defendit. Nam ꝓ
ſolo ſcandaloſo crimine cōmiſſo a papa nō poteſt papa
iudicari: ut eſt tex. in dicto. c. ſi papa. xl. di. Nam ibi de/
lictum erat notorium ⁊ ſcandaloſum cum tex. dicat ibi
dem de delicto pape cum quo innumeroſum populum
ſecum trahat ad gehennā ergo erat notoriū ⁊ ſcandalo/
ſum ⁊ tn̄ nō pōt de illo iudicari ut ibi. ſed illa glo. ē ve/
ra cū accuſat̄ ꝙ verbis ⁊ factis delictū qd̄ eſt contra ius
diuinū vel naturale papa dicat nō eſſe delictū qꝫ de hac
aſſertiōe que eſt hereſis ut in. c. pe. ⁊ fi. xxx. di. papa pōt
accuſari ⁊ dānari. Si igit̄ ſit peccatuꝫ momentaneū vel
ſcandaloſum vel habens cām ſucceſſiuā papa nō pōt ac
cuſari niſi qn̄ habet ſucceſſiuā cām vel reiterabilē ⁊ pa/
pa monitus ut ſe corrigat perſiſtat in ſucceſſu peccati vl̄
poſt monitionē ſepius reiteret ſcandalizando eccleſiaꝫ
tūc cū videat̄ aſſerere ipſum peccatū nō fore peccatum:
qꝫ aſſeuerationes fiūt factis ⁊ opibus ſicut verbis: ut in
c. dilecti de appel. ⁊ ff. de edi. edic. l. ſi tn̄. §. ſi qui. ⁊ xxij.
q. v. cauete. Certe iſto caſu cum forte faciat ap̄los a fide
deficere credo eū tanq̄ꝫ hereticū poſſe dānari vel depo/
ni qꝫ par eſt a fide exorbitare vel exemplo vel verbo a fi
de dijcere. ij. q. vij. paulus. facit de peni. c. fi. ⁊ de p̄ſūpt.
c. lr̄as. hoc eni caſu nō ſolum ſibi nocet ſꝫ toti mūdo p̄ſer
tim: qꝫ ideote ⁊ ſimplices facile imitant̄ ſic errenteꝫ ⁊ h̄
caſu dicit canon ꝙ pōt interrogari a p̄ncipe de fide vel
ſi vult ſic viuere. xxv. q. j. ſatagenduꝫ. ⁊ ſi ꝑſeuerat pōt ut
hereticꝰ condēnari. facit. c. cū cōtumacia de hereticis in
vj. his ergo ſolis caſibus dānat̄ vel iudicat̄ papa ⁊ ī iſtis
caſibꝰ pōt cōpelli ad ꝯciliū celebrandū: ut notat glo. xix.
di. c. anaſtaſius. ſꝫ ſi papa nō eſſet in tali errore vel in eo
dubius tūc pōt ipſe cauſam etiā fidei ſine cōcilio termi
nare: ut in. c. maiores de baptiſ. ⁊ valeret ſua determina
tio niſi ſcandalū generaret vel reputaret̄ ab eccleſia erro
nea qꝫ tunc poſſet cōpelli ad conciliū celebrandū ſic in/
telligo que. ſ̄. retuli de affricano concilio ⁊ ſtatim infra
dicam. Sꝫ poſito ꝙ talia facta pape vel mādata ſint iiu/
ſta vel iniqua an eius mādatis parendū ſit ⁊ an ab alijs
ut a ꝯcilio talia facta corrigi ⁊ an ſit maior ſn̄ia ꝯcilij q̄ꝫ
pape ⁊ p̄mo an ipſiꝰ mādatis parendū ſit ſi p̄cipit euidē/
ter iiuſtū loquor de iiuſticia ſurgēte a iure diuo vel na/
turali: qꝫ ſi ſurgeret a iure poſitiuo cū papa poſſit illud
tollere nō diceret̄ iiuſta. In quo dico ꝙ qn̄ mandatū ē
ꝯ legē diuinā vel nature ⁊ iiuſtū tūc ei nō eſt parendū ſi
ue eſſet ſingularis. hō vl̄ plures q̄bus fierēt talia p̄cepta
nō deberēt parere etiā ſi ipſi pape iuſtū videret̄ ſꝫ nō eēt
ut in. c. lr̄as. de reſti. ſpol. ⁊ ſi fiāt talia p̄cepta ſub cōmi/
natiōe excōicatiōis patient̄ tolleret̄ ſꝫ malo nō pateant
qꝫ deo celeſti hoc caſu potius eſt parendū ⁊ ſi fiant hec
p̄cepta extraiudicialiter poſſent tales ſubditi cōtradice/
re: ut in. c. geſta. lxxiiij. diſ. notant doct. in. c. ad aures de
tēpo. ordi. īmo plus volunt ibi doctores ꝙ etiā ſi p̄latꝰ
p̄cipit iuſtū ſꝫ ſubditus habet ꝯſciam ꝙ ſi iniuſtū ⁊ hāc
ꝯſciam nō pōt vincere vel deponere tunc debet ſequi ꝓ/
priam ꝯſciam quantūcunqꝫ erroneā: de ſimo. c. ꝑ tuas. ⁊
ſꝫ poſſet puniri a papa debet punitionē tollerare patiē/
ter ⁊ idē ſi eſt dubiū an ſit iuſtum vel iniuſtuꝫ quo caſu
ſi ꝯſcientia vinci pōt parendum eſt ſuperiori centeſima
diſ. contra morem. xix. diſ. c. in memoria. ff. de re mili. l.
iij. §. in bello. ita notant doctores in dicto. c. ad aures. ⁊

hoc q̄ñ poteſt vincere conſcientia ꝙ poſſit putare prece
ptum iuſtum: ſed ſi nõ poſſet credere iuſtuꝫ ꝑceptum eẽ
debet ſequi ut dixi conſcientiã ⁊ tollerare patienter pu-
nitionem. ſed an hec facta poſſint corrigi vel a concilio
emendari: rñdeo ꝙ ſi talia facta q̃uis iniuſta nõ turbãt
ſtatum vniuerſalis eccleſie nec ipſuꝫ decolorant nec ſũt
contra fidei articulos vel contra illa que ab eccleſia vni-
uerſali ut heretica deciſa ſint tũc q̃uis ſint mala facta ⁊
papa nõ poſſit nec debeat ipſa facere tamen conciliũ nõ
poteſt tales errores corrigere licꝫ enĩ ille cui ꝑcipitur nõ
debeat parere ut dixi tamen conciliũ non releuat eum a
iudicio pape per iura ſupradicta. xl. diſ. ſi papa. ix. q. iij.
alioꝝ. ⁊ c. nemo. Et in his eſt maior ſñia pape q̃uis ma
la q̃ꝫ concilij. Si v̾o talia facta turbant etiã bonum vni-
uerſalis eccleſie vel ledunt vel decolorant ſtatum eccle-
ſie vniuerſalis. vel ſunt contra fidem vel a fide deuiant
tũc eccleſia vniuerſalis. i. concilium cui videntur fieri hu-
iuſmodi precepta nõ debet papam pati. ita dicit Inno.
in dicto. c. quanto de conſue. qui dicit ꝙ eccleſia vniuer
ſalis vel conciliũ nõ debet iſta pati nõ dicit ꝙ nõ valeãt
⁊ iſto caſu prefero ſñiam concilij ſentẽtie pape ꝑ iura. ſ̃.
allegata. xxv. q. j. c. ſunt quidam. idem credo vbi eſt du-
bium an ſit contra fidem vel peccatum ⁊ concurrunt ali
qua predictorũ. vel vbi agitur cauſa fidei ut quia artatur
eccleſia ad aliquid credendũ vel nõ credendum tanq̃ꝫ fi
dei conſonũ ⁊ contrariũ conciliuꝫ reputat ⁊ fidei aduer-
ſum vel papa reputat ꝙ aliquid ſit peccatum vel nõ pec
catum ⁊ conciliũ credit contrarium tunc videretur ꝙ ſit
maior ſñia concilij q̃ꝫ pape ꝑ rationes ſupradictas. Sed
hoc ego credo veruꝫ ꝙ ſit maior tunc ſñia concilij q̃ꝫ ſo-
lius pape vbi papa ſolus eſt vel paucos ſecum ſequaces
haberet. ſed ſi concilium ꝓuinciale romanũ ⁊ eccleſia ro
mana ⁊ ſedes apoſtolica aliquid in ꝑdictis ꝓ vero deli
beraſſet tũc credo ꝙ eſſet maior ſentẽtia pape ⁊ eccleſie
romane q̃ꝫ alterius generalis cõcilij ſententiã ſedis apo
ſtolice non habentis ⁊ hoc patet in his que dixi. ſ̃. ⁊ in
orientali eccleſia que nõ admiſit ſtatuta romane eccleſie
ut ꝑualeret ſententia pape ⁊ cleri occidentalis. xxiiij. q.
j. c. q̄m vetus. loquor q̄ñ vniuerſale conciliũ ⁊ alie eccle-
ſie ſeu clerici ſententiã romane ſedis ſecũ nõ haberent ꝑ
ſupradicta: q2 maiores queſtiones ad ſedem apoſtolicã
deferuntur: de baptiſ. c. maiores. ⁊ quia rogauit dñs ꝓ pe
tro vt nõ deficeret fides ſua. xxj. di. c. j. in fi. ibi: ego petre
⁊ debet intelligi de fide ſua. i. eccleſia ſibi ſpecialiter cõ-
miſſa ut ꝑ ipſius eccleſie indubitabile iudiciũ maiores
cauſe finem ſuſciperent. xxiiij. q. j. quotiens. ⁊ hoc deci-
dit glo. notabiliter. xxiiij. q. j. quodcũqꝫ. ꝓ qua glo. eſt tex.
beati Hieronymi. xxiiij. q. j. hec eſt fides preſertim in. ṽ.
item ſancta romana eccleſia que ſemꝑ imaculata ꝑman
ſit dño ꝓuidente ⁊ beato petro apoſtolo opem ferente ĩ
futuro ſeculo ꝑmanebit ſine vlla hereticoꝝ inſultatione
atqꝫ firma ⁊ immobilis omni tempore ꝑſiſtet. ⁊ ibi tex.
vult ꝙ omnes alie ab ipſa regantur eccleſia. ⁊ hec probat
tex. xxiiij. q. j. arrepta. ibi: hec eſt ſancta ⁊ apoſtolica ma
ter omniũ eccleſiaꝝ que ꝑ dei omnipotentis gratiam a
tramite apoſtolice traditionis nũq̃ꝫ erraſſe ꝓbatur nec
hereticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit: ſed ut in
exordio normam fidei xp̄iane precepit aut auctorũ ſuo
rũ xp̄i principib⁹ illibata fidetenus manet. Ad idẽ ea-
dem cauſa ⁊ q̄õne. c. manet. ibi: Nihil eſt ligatuꝫ vel ſo-
lutuꝫ niſi quod beatus petrus ligauerit vel ſoluerit. Ad
idem in. c. memor ſum eadẽ cauſa ⁊ q̄õne. ibi: ⁊ cui⁹ fi-
dem nulla vnq̃ꝫ fouet hereſim ſed oẽs hereſes deſtruit
⁊ in. c. in ſede dum dicit in ſede apoſtolica extra maculã
ſemꝑ eſt catholica ſeruata religio. Ad idem. xxiiij. q. j.
aduocauit ibi: hoc eſt ſi cum romana eccleſia cõueniret
Ad idem Hieronym⁹. xxiiij. q. j. quoniã vetus. ibi: bea
titudinis tue. i. cathedre petri cõmunione conſortior. hoc
idem Gelaſius papa ⁊ habetur. ix. q. iij. c. cuncta ꝑ mundũ
vbi dicitur ꝙ eccleſia romana fas habet de omnib⁹ iudi-
care neqꝫ liceat cuiq̃ꝫ de eius iudicio iudicare ſi quideꝫ
ad illam de qualibet mundi parte appellandũ eſt ab illa
aũt nemo eſt appellare ꝑmiſſus. ⁊ ibideꝫ ſubditur ꝙ apo-
ſtolica ſedes ſine vlla ſynodo precedente ⁊ ſoluẽdi que
ſynodus iniqua damnauerat ⁊ damnãdi nulla exiſtẽte
ſynodo quos oportuit habuerit facultatem. Ad ideꝫ. ix.
q. iij. nemo. vbi dicitur ꝙ nemo iudicabit primam ſedem
ita ut nec ab omni clero neqꝫ a regibus neqꝫ a populo ⁊
hic non loquitur de papa: quia aliud eſt ſedes apoſtolica
⁊ aliud papa: de reſcrip. c. ſi gratioſe. li. vj. ⁊ ſic ſedes apo
ſtolica nõ iudicatur a concilio. Item in eadem cauſa ⁊
q̄õne. c. patet. dum dicit ſedis in apoſtolice cuius aucto
ritate maius nõ eſt iudicium ⁊ a nemine fore retractan-
dum. ⁊ Gelaſi⁹ papa ut ibi dicitur dixit ꝙ decreta apoſto
lice ſedis a nemine ſũt diſſoluenda ſed potius ſequẽda
⁊ hoc idem dicit tex. anaſtaſij patriarche. ix. q. iij. c. fuit.
dum dicit ꝙ a quocũqꝫ damnatos vel excõmunicatos
ſedes apoſtolica abſoluit. ⁊ excõmunicatos ab apoſtoli
ca ſede nemo niſi ipſa ſedes abſoluit. ⁊ idem dicit text⁹
in. c. antiquis. ⁊ ideo tex. in. c. ipſi ſunt canones. ix. q. iij.
dicit ꝙ de omni eccleſia ad ſedem apoſtolicam appella
tur ab ipſa v̾o nullus appellat: ⁊ ex iſtis concluditur ꝙ ſe
dis apoſtolice iudicium eſt infallibile: ⁊ ꝙ omnes alij
eius debent duci iudicio ut. ſ̃. dixi. ⁊ ꝙ ſedes apoſtoli
ca ⁊ romana eccleſia errare non poteſt ut volunt auctori
tates ſupra relate Hieronymi in dicto. c. hec eſt fides ⁊
ſententia beati Cyrilli ſuꝑ matheũ. Nõ obſtat quod le
gitur. xciij. di. c. legimus. dum Hieronymus ibi dicit ꝙ
orbis maior eſt vrbe: q2 ipſe loquitur de conſuetudine
ꝙ conſuetudo orbis preferenda eſt ſpeciali conſuetudi-
ni vrbis ⁊ romane curie in qua erat cõſuetudo ꝙ aliqui
diaconi precedebant epiſcopos ſm̄ conſuetudinem cu-
rie romane qui non debent precedere extra curiam. ſed
conſuetudo orbis ⁊ aliarum prouinciarum intuenda. i.
ſeruãda eſt: quia orbis in hoc maior eſt vrbe: imo nedũ
orbis ſed et vnius prouincie attẽditur conſuetudo: ⁊ nõ
romana. xij. di. c. illa. quia primo attendenda eſt conſue
tudo proprie prouincie. de ſponſa. duorum. c. ij. ⁊ poſtre
mo romana: vt no. de cenſi. c. ſuꝑ eo. vel. c. legim⁹. loqui-
tur ꝙ ſententia eccleſie vniuerſalis eſt maior q̃ꝫ ſentẽtia
ſolius pape in fide concernẽte bonum vniuerſalis eccle
non loquitur de ſententia apoſtolice ſedis ſed pape. vel
loquitur de ſentẽtia vniuerſalis eccleſie in qua etiam ſit
papa ⁊ clerus romanus vt iſte ſit in fide maior ſentẽtia
pape vel ſolius romane ſedis. ⁊ hoc modo debet intelli-
gi illud quod dixi ſupra in principio iſtius tractatus cõ
ciliorum ꝙ maior eſt ſentẽtia ſynodi generalis ſubaudi
in quo ſit papa cuꝫ eccleſia romana tanq̃ꝫ caput q̃ꝫ aucto
ritas ſola concilij prouincialis pape. Sed ſi conciliũ pro
uinciale pape cum papa vnum determinaſſet etiam in fi
de vel in bono vniuerſalis eccleſie: ⁊ concilium generale
aliud determinaret: ⁊ nõ concurreret cum generali con-
cilio ſententia pape ⁊ romane ſedis: tunc prefertur ſentẽ
tia romane ſedis ipſi concilio generali. Ratio: quia tũc
non eẽt ſententia generalis eccleſie ⁊ vniuerſalis cui ſtã
dum ſit tanq̃ꝫ non erranti poſtq̃ꝫ ab ipſa diſcrepat caput
id eſt ſancta ſedes apoſtolica. nec eſt modo illud totum
integrale ꝙ ſit maius qualibꝫ ſua parte papa ⁊ ſancta ro
mana eccleſia deuiante qui caput eſt. Et ideo potius
ſententia ſedis apoſtolice foret intuẽda. Dico ſedis apo
ſtolice nõ pape: quia illam ſententiam ſolius pape in ca
ſibus in quibus poteſt iudicari ſubicitur iudicio eccle-
ſie vniuerſalis. Hoc probat textus. iij. q. ix. duo. dum
dixit: Quoniam ſanctam matrem romanam eccleſiam

de capti. ⁊ l. iij. ⁊ hoc no. glo. j. diſ. ius gentiũ. in glo.
poſtliminiuȝ. vnde ſi federati ppl'i romani in aliquo
bello eoꝝ triſticia ꝑdidiſſent fortilicia ⁊ caſtra: et de
mũ a romanis fuiſſent recuperata pecunia: uel aliter
nõ fuiſſent prioribus dñis reſtituenda ſȝ fuiſſent ro
mani populi. Itē predicta beneficia non cõpetiſſent
his qui tranſfugiſſent: nã fuerũt in numero hoſtiũ. l.
poſtliminiũ. §. tranſfugas. Et ideo ſi vnus militũ ꝑdi
diſſet primũ bona: ⁊ demuȝ ad hoſtes trãſfugiſſet: ut
faciũt quotidie mali ſtipendiarij: ⁊ demũ facta pace
reuerteret́: ⁊ forte aliq̄ ſua bona inueniret ab aliquo
redēpta que ipſe vellet redimere offerēdo preciũ illi
qui redemit nõ eſſet audiēdus. Interdũ romani non
redēptione ſȝ per vim capta recuperauerũt: ⁊ tũc ſi nõ
erāt adhuc recuperata ducta per hoſtes in ꝑſidia cer
tus dñus qui amiſerat recuperat qꝛ oia nunq̄ȝ dñium
amiſit. Naȝ nõ dicunt́ capta niſi cũ ducta ſunt in ho
ſtiũ preſidia: ut. l. poſtliminiũ. de capti. que verba ſũt
notāda: qꝛ etiā ſi talis dñs amiſiſſet poſſeſſionē illiꝰ
rei ſua deſidia uel triſticia: q̄ ſi fuiſſet recupata poſt-
q̄ȝ fuiſſet ducta in hoſtium preſidia nõ debuiſſet ipſi
reddi. l. ij. ⁊ iij. de capti. ⁊ ſ. dixi. nunc tñ reſtitueret́
qꝛ nondũ eius amiſerat dñium lȝ poſſeſſionē ſic. ⁊ idõ
ſi aliquo dormiēte fortiliciũ mala cuſtodia eēt captũ
⁊ anteq̄ȝ ꝑfecte victũ eſſet amici perdētis recuparent
debet ei dimitti dño: lȝ ſi iā eſſet totalr̃ perditũ ⁊ recu
peraret́ nõ eſſet reſtituēduȝ ut dixi. Si vͦ ducta iam
erant intra ꝑſidia hoſtiũ: ⁊ ſic hoſtibus dñia queſita
⁊ a romanis perdita erant rerũ dñia: ut. l. poſtlimini
um. §. in pace. de captiuis. tunc ſiue recuperentur ca-
pta ab hoſtibus in bello vel circa bellum quocũq̄ȝ tē
pore recuperent́ ſiue in pace uel q̄ñocunq̄ȝ ſunt pri-
mis dñis iure poſtliminij mobilia uel īmobilia reſti
tuēda: ut. l. poſtliminij. ⁊ l. poſtliminiũ ē ius. de cap.
⁊ l. ſiquid bella. ⁊ l. ſi captiuꝰ. §. j. fallit niſi dñi ꝑores
qui petunt ab his qui recuperauerũt ſibi reſtitui illa
perdiderũt eoꝝ triſticia: ut dictis iuribus. Et idem ſi
fuit effectus primo perdēs tranſfuga: ut dixi. ſ. Ideȝ
ſi eſſent cõtra pacis federa uel treuge recuperata non
reſtituunt́ priori dño: qꝛ nõ habȝ in his ius poſtlimi
nij locũ: ut dicta. l. in bello. Ex quibus patȝ ꝙ ſiue per
recuperationē ſiue per redemptionē romãi bona ab
hoſtibus capta recuperauerũt ꝙ illa iure ſui iure gē-
tiũ iuſte fecerũt. Si vero bona hoſtiũ mobilia ul' im-
mobilia ceperũt etiā iuſte eodem iure gentiũ ſui iure
romani fecerũt. Naȝ īmobilia requirunt́ reipublice
occupantiũ. mobilia vero ſunt ipſoꝝ militũ. l. ſi capti
uus. §. j. ⁊ l. ſiquid bello. ⁊ iuribus in ꝓprimo argumē
to allat. ⁊ hoc q̄ñ ſpālia bona īmobilia ⁊ mobilia ca
pta a romanis fuerũt. vbi aũt hoſtes venerũt vl'iter in
manibus romanoꝝ occupate forte uel federatiõe uel
aliter tunc tranſiuerũt ſub romanoꝝ iuriſditiõe ⁊ vni
uerſali dñio ⁊ federatiõe romani populi: ſed ꝑticula
ria dñia mobiliũ uel īmobiliũ nõ erant occupantiuȝ
ſed apud ipſos deuictos hoſtes remanebāt: ut no. Ja
co. de belui. in auc. de here. ⁊ fal. in prin. ī tertia opp.
qͦ refert bar. ff. de iur. fiſ. l. diuus. facit. l. j. C. de offi.
ꝑfe. ꝑto. afri. Nã ipſi ſic capti vl'iter efficiebant́ de ro
mano ppl'o ⁊ eoꝝ bona ⁊ ꝓpriā libertatē retinebāt. l.
hoſtes. de cap. lȝ q̄ñq̄ȝ rõe ſuſpicõis deuictoſ romani
traherēt de ꝓprijs ꝓuincijs: ⁊ in Italiā ducebāt: lati
niq̄ȝ vocabant́: qui tñ alienare poterāt bonaq̄ȝ in ꝓ-
uincijs habebāt: iux̄ not. in. l. j. C. de lati. liber. tol. ⁊ l.
certa forma. C. de iur. fiſ. li. x. Quod vero dixi occupanti
bus militibus bona mobilia cõcedi: intelligendũ eſt
ſane: ⁊ ut ipſi preſentēt ipſa mobilia duci belli qui di
ſtribuat inter fortiſſimos pugnatores. xxiij. q. v. di-
cat aliq̄s. j. di. ius militare. in glo ꝑͥcipis ⁊ in tex. l. vͦ.
ſtipēdia. ⁊ in. vͦ. itē prede. debȝ tñ dux etiā illis diſtri
buere qui remāſerũt ad cāpũ ⁊ ſalinas cuſtodienduȝ

ut ſūt hodie illi qui remanient vel apud vexilla vel cū
carriagio ⁊ debet p ſe capitaneus retinere primitias
quas nos capoſoldos noīamus de quibꝰ ſuis ſeniori
bus debent diſtribuere ut habeť ꝑmo Regū.xxx.ca.
Lum ergo ad ꝓpoſitum aut romana bona ꝓpria redi
merūt: aut recupauerūt ante ablata et iure poſtlimij
iterū ſua fecerunt ſm ꝙ vult Innocē.de voto ⁊ vo.re
dēptio.c.ꝙ ſuper his.vel bona hoſtiū occupauerūt ⁊
illa etiā iure gentiū vel ſub ſua iuriſditione vel dñio
acquiſierūt.vnde merito iure gentiū iuſte nacti ſunt
orbis vniuerſale dominiū p iura predicta ſic ꝓlixe de
ducta ut omnibꝰ innoteſcat.Quid fiendū de rebus in
bello obtentis.

Dad iuuanda ꝑdicta facit: nam
cū romani in eoꝝ territorijs
ab hoſtibus turbarenť potuerūt iu
ſte ſtatuere ut ſinguli capti efficeren
tur ſerui vel ſub ſua iuriſditione. nā
ſic captis hoſtibꝰ potuiſſent ratione
illate violentie ipſos ad mortem damnare naturali
ter qḋ eſt plus: ut.L.vbi de cri.agi opor.auc.qua in
ꝓuincia.quanto magis ad ciuilē ſeruitutē poterunt
eos damnare velut eſſent ſub eoꝝ iuriſditione. ⁊ hoc
eſt qḋ ſentit Inno. de iureiuran.c.ſicut.vn̄ hoſtibus
a romanis victis dicta.l.ꝑcedente vel deinde ſecuta.
que.l.facta fuit ut.l.ſi q̇d in bello.⁊.l.in bello de cap.
iuſte fuerunt ſub romano populo. Quinīmo ampliꝰ
arbitror qḋ cū roma nō haberet ſupiorem niſi deum
⁊ ſimiliter eius hoſtes ꝙ bello in dicto romanis vel
ipſis romanis indicentibꝰ alteri abſqꝫ aliqua lege pre
cedente vel ſecuta que ibidē capta fuerūt effecta ſunt
capientiū vel ſub eoꝝ iuriſditione: qꝛ hoc eſt inductū
de iure gentiū.l.naturales.§.fi.de acqui.re.do.⁊.l.ex
hoc iure.de iuſti.⁊ iure.licet aliť ſentiat Inno.in di
cto.c.ſicut.ſed illud dictū Inno.debet itelligi qn̄ bel
lantes habēt ſuperiorem ut capta in tali bello nō ſint
capientiū niſi tali precedente conſtitutiōe vel ſecuta.
hodie tn̄ credo in hoc attendi armoꝝ conſuetudines
Nam conſuetudines ⁊ mores iure gentiuꝫ ⁊ ciuiles
induxit ſeruitutē poſtliminiū:ita hodie ritū ⁊ morē
aliū poteſt inducere noua conſuetudo loci vel muni
cipij ut.l.iij.§.ſiquid lex.ff.de ſepul.vio.l.de quibus.
ff.de legi.⁊.l.ij.que ſit longa conſuetudo. ⁊ iō hodie
qui capiunť conſuetudine nō fiunt ſerui ſed habent
aliū ritum ⁊ morem qui vtiqꝫ ſeruandus eſt.Et iō cū
conſuetudo ſit hodie ꝙ ſtipendiarij etiā qui ſūt apte
iuſte bellantes nō puniantꝰ ut predones: dicam ut pre
dones nō puniant a iudicibꝰ nō poſſe nec debere pu
niri cū in talibus debeat attendi conſuetudo.Sed cū
romanoꝝ tempore eſſent cōſuetudines ante dicte igi
tur iuſte romani acquiſierūt orbis imperiū omni iu
re tā diuino q̄ꝫ nāli vel gentiū vel ciuili inſpecto.

Reterea ꝑncipari ꝑ ciuilem
potentiā eſt princi
pari ſeruis.ꝑ virtutē vō eſt ꝑncipari vo
lentibꝰ ⁊ liberis:ut eſt tex.in.c.ea vindi
cta in fi.xxiij.q.iiij.⁊ hec vltima melior
ut inquit phs.vij.politicoꝝ.⁊ ꝓbať i.l.
j.L.de offi.ꝑfec.pto.afri.Sꝫ ꝑncipari virtutibꝰ ſolis
romanis fuit ⁊ nō alijs ergo iuſte i eos fuit imperiū.
Nam ſm Saluſtiū in catellinario in pace beneficijs
magis q̄ꝫ timore imperiū gubernabāt ⁊ accepta iniu
ria potius parcē q̄ꝫ ꝓſequi volebant:igitur domi bo
ni mores ⁊ militie celebranť cōcordia maxima mini
ma auaricia erat ius bonū qḋ apud eos nō magis le
gibꝰ q̄ꝫ nā valebat.Ciues cū ciuibꝰ de ꝟtute certabāt
in ſacrificiſijs deoꝝ magnifici domi tēpati i amicos
fideles erāt.vn̄ Quintillianꝰ in libro ꝓ de cāns īquit:
Si exiſtemus romanū imperium nōnullos prefecit
gentiū multitudo maior eſt q̄ꝫ ceteris gentibus. Aut
maiora corpora q̄ꝫ cimbris aut maiores diuitie q̄ꝫ di
tiſſimis regnis aut contēptus mortis facilior q̄ꝫ plu
ribus barbaris cauſam vite nō habentibꝰ ſed roma
nos principes fecit ſeueritas legū ordo militie amor
libertatis pluraqꝫ moribus q̄ꝫ viribus vicerūt. vnde
ſynodus in quadā epiſtola inquit: Roma eſt domici
liū legum ſtudiuꝫ noſtraꝝ firmamentū mundi curia
dignitatis patria libertatis. Ex quibus deprehenditꝰ
ꝙ ſub romano populo vniuerſis orbis virtutibꝰ rege
batur.vnde meruit alijs ante poni nationibus.L.de
iuſti.codi.confir.l.j.cum ſub tali imperio populi con
ſequerenť libertatem ſub alijs ſm virtutem.l.j.L.de
offi. prefec.preto.affri.in auc.de here.⁊ falci.in prin
cipio. Nam romani moribus ⁊ virtute: alij potentia
dominabanť.vnde regulariter hanibalis geſta qui
pro penoꝝ imperio in paleſtra ſtetit contra romanos
nullus crudelior nullus fallacior fuit ut refert Augu
ſtinus tertio de ciuitate dei.c.xix. Nam contra pacis
federa deleuit Sagūctum ciuitatem hiſpanie roma
no populo amiciſſimā:ſcrutenť ſcipionis geſta roma
ni principis hanibali aduerſi nullus pudicus: nullus
fidelis nullus ex armoꝝ miniſtris magis ſanctus fuit
vnde hiberos ſibi pudicicia iuuenis ꝯciliauit. Neceſ
ſe erat ergo ꝑ tales principes populū ita ſanctū ita de
uotum ita pudicū ⁊ piū orbi vniuerſo merito princi
pari ſub quō ſubditi libertates aſſequerentur ⁊ iuga
excuterent ſeruitutis.

Uid igiť romanis obijcitur in
predictis in caſuꝫ qḋ fuit
imperiū apud ſyrios hoc ꝓfecto ne
gatur. Nam nullus orbis terraꝝ me
diam parteꝫ obtinuit romanis exce
ptis qui vniuerſum orbem obtinue
runt vel ſaltem orbis partē maiorē qḋ ſufficit ut īfra
⁊ ſi nō totum nacti fuiſſent. Nam ninus ⁊ ſi aſiam to
tam obtinuit perempto ſoroaſte magico iudeam ha
bere non potuit nec ceteras mūdi plagas.vnde impe
riū non habuit licet habere tentauerit:quia qn̄ plura
requirunť ad conſecutioneꝫ certi iuris nō ſufficit ali
qua nāciſci ut ius illud queſitū dicať niſi oīa q̄s na
ctus ſit.L.de rei vendi.l.quotiens.nec Danielꝰ.ij.dici
tur imperiū vniuerſale fuiſſe apud ſyricos ſꝫ ipſe di
cit deſignando totuꝫ pro parte alꝰs ipſe mendax eſſet
qꝛ nō habuit nabuchodonoſor imperiū totū orbis ſꝫ
partē igiť ut dixi Danielꝰ verba debēt intelligi.Obij
citur etiā ꝙ alteri queſita iam iure gentiū non licuit
iure diuīo vꝉ naturali vel gentiū occupare romanos
nec diffiteor. Nullus tn̄ adhuc vniuerſale occupaue
rat imperium.vnde iuſte apprehenſiōe romani pote
rant illud ſuū iure gentiū facere.l. qui eni de acquir.
re.do.⁊ licet nāciſcerenť imperium: nō tamen ꝑticu
laria dn̄ia a poſſidentibꝰ ꝑdebanť qꝛ dn̄ia ꝑticularia
nō ſunt imperatoris niſi quo ad ꝓtectionē.L.ō pci.
impe.offe.l.quotiēs. Preterea ut dixi romani potiꝰ
fuerūt defenſores vel ſi offenſores fuerūt iudicio dei
⁊ iuſte ut ſupra oſtendi in vltimis cōfirmationibus.
vn̄ iuſte nacti ſunt orbis dominiuꝫ cū eſſent deo vo
lente iuſti inuaſores quos neqꝫ iuſte ꝓpulſare licebat
L.de his qui ad eccle.cōfu.l.ſi ſeruus. ⁊ licet nō eēnt
romani xp̄icole iuſte tn̄ obtinuerūt: quia nōdum lux
illa erat in mūdo ſꝫ demū patuit Joh.ꝑmo.c.vn̄ poſt
lucē ipſam ſidꝭ nō eſſet de ouibꝰ xp̄i eſſe nō poſſet fa
teor ipator.xxiiij.q.viij.ꝯuenior.an̄ vō xp̄ꝫ et gētiles
dūmō alꝰs ꝟtuoſus eē poterat ipator.⁊ ſi negas fuiſſe

romanos virtuoſos ⁊ ſic nobiles: ego inficior. Nam
lꝫ forte romulus quod tamē non credo vel alij primi
conſtruentes vrbem non eſſent ſequentes fuerūt vir-
tuoſiſſimi a quibus ſaltem incepit virtutis gradus ⁊
nobilitatis. Et lꝫ forte aliqui forent mali ⁊ eſſent mul
ti: populus tamen de ſe pro parte maiori pius felix ⁊
clemens erat ut ſupra confirmando dixi: vnde ꝓpter
malos vbi etiam boni ſunt non lꝫ ꝓpterea vrbem ro
mam abijcere: ſicut nec propter malos piſces lꝫ retia
dei rumpere. ij. q. j. multi. cum ſimilibꝰ. vnde ſi conſi-
derantur optime romanorum iura proxime relata ꝓ
fecto non fuerunt inuaſores alieni iuris ⁊ bellorꝫ nū
ciatores ſꝫ defenſores ⁊ defendendo orbis dominiū
acquiſitores: ⁊ cum inuaſores fuerunt iuſti erant of
fenſores maxime iulius ceſar: quem ſuis pluribꝰ epi
ſtolis inuenio fuiſſe pacis patrie optime zelatorem.
Nec refert quid Cicero ſenſerit de ceſare cum perra
ro de hoſte bene ſentiat hoſtis eius. Iteꝫ eſt ceſar au
guſtus qui primū vniuerſum orbis imperium nactꝰ
eſt. Nam poſt mortem ceſaris antonio ⁊ multis de
imperio obtinendo decertantibus nulli fauit ſenten
tia ſenatus ⁊ populi romani: niſi ipſi octauio: qui iu-
ſte populi decreto orbis habuit dominium in ipſum
omnis iuriſditio eſt tranſlata. l. j. §. cum autem. C. de
vete. iure enucle. ⁊ reſiſtentes ei iniuſte reſiſtebāt: cū
illi contra: ipſe ſm ſniam romani populi pugnaret: ⁊
ſi heres legitimꝰ ac filius imperatoris romani: ut in
vltimis confirmationibus oſtendi: vnde merito ⁊ iu
ſte ipſe obtinuit: ⁊ ceteri debellati ſunt. Taceant igi-
tur detrahentes romano imperio: ut intelligant ꝓfū
diſſimis dei iudicijs illud fuiſſe firmatum. Cogno-
ſcant ꝗꝫ cuncti ꝙ qui imperatori reſiſtit dei ordina-
tiōi reſiſtit. xj. q. iij. qui reſiſtit: ipſoſqꝫ profecto negā
tes ceſarem non eſſe dominum vniuerſi ⁊ monarchi
am ſuam non eſſe vtilem mundo ⁊ neceſſariam: nem
pe iudico hereticos ⁊ inſanos cum peccatum ariolan
dum ſit repugnare. i. nō obedire ⁊ ſcelꝰ idolatrie nol-
le acqͤſcere. ſ. ꝑncipi. xxxij. di. §. porro cū neceſſe ſit mū
dum regi ꝑ vnum. xxxiij. q. v. hec imago. ⁊ reipublice
neceſſe ſit ꝑ vnuꝫ conſuli. l. ij. §. nouiſſime. de ori. iur.
Et ꝙ iuſte apud romanos ſit vltra ante dictas rōnes
ſunt tex. xij. q. j. futuram eccleſiā. ij. q. vij. beati petrus
⁊ paulus. ⁊ in. l. j. C. de iuſti. co. confir. illud Hierony
mi dicentis virtutibus romani meruerūt imperium
xxviij. q. j. §. ex his. Item cuꝫ dicit. Item qꝛ ⁊ ſi totus
orbis pars eius tamen maior ſub ipſo fuit vnde ꝙ or
bis pars maior fecit ꝓ bono cōmuni nō ꝓ bono prin
cipaliter ſingulorꝫ debet haberi ratum ceteris etiā re-
luctantibꝰ. ff. ad munici. l. qꝺ maior. ff. quod cuiuſqꝫ
vniuer. no. l. nulli. ⁊ quod notatꝰ extra de cōſti. c. cum
omnis. ſed orbis pars maior imperiū cōſtituit apud
romam ⁊ Gayum ceſarē ⁊ poſtea in auguſtuꝫ ꝙ fuit
opus neceſſariū ⁊ pijſſimum humano generi ergo iu
ſte fuit apud eos nō alios qui nunꝗꝫ tale premiū na-
cti ſūt. l. deprecatio. ff. ad legem rodi. de iactu de qua
drien. ꝑſcrip. l. bene a zenone. ⁊ l. ij. §. ſiquis a princi-
pe. ⁊ §. merito. ne quid in loco publi. Et ideo ſine cau
ſa princeps rem meam alteri dare poteſt. l. item ſi ver
beratum. ff. de rei vend. l. titius. ff. de euic. Et quia or
bis pars maior potuit ſibi ꝑncipem eligere. inſtit. de
iure na. §. ſed qꝺ pricipi. C. de veteri iure enu. l. ij. §.
cum enim de orig. iur. l. ij. §. igitur. ſicut de ſaulo dici
tur ꝙ populus ipſum regem cōſtituit Regū. j. c. xviij.
q. j. moyſes. xciij. di. legimus. facit. l. ex hoc iure. de iu
ſticia ⁊ iure. Et quia ſicut collegium eligit ꝑlatuꝫ ſibi
ut in. c. j. de elec. ita ⁊ populi regeꝫ. eſſet enī orbis alꝰs
quaſi monſtrum habens plura capita de offi. ordi. c.
quanta. cum tamen reipublice interſit ꝑ vnum cōſuli
l. ij. §. nouiſſime. ff. de origi. iur. ideo ſub ceſare ſunt
oēs nati. xj. q. j. §. hec. ⁊ ipſe totius orbis obtinet mo
narchiam. xij. q. ij. c. futuram eccleſiaꝫ. ⁊ merito quia
imperiū traditum eſt a celeſti culmine. C. de vete. iur.
enucle. l. j. in principio. Imperatorē enī miſit deus le
gem animatā in terris: auc. de conſuli. §. fi. colꝰ. iiij. Et
ideo deus de celo imperiū conſtituit ut difficilius le
gem imponat ⁊ humano generi diſtribuat: in auc. ꝺ
fide inſtru. ⁊ ea. §. quia igitꝰ. colꝰ. vj. ⁊ ſic cum a deo ſit
imperiū qꝛ nō eſt poteſtas niſi a deo: de homi. c. pro
humani. §. j. li. vj. qui ei reſiſtit dei ordinatiōi reſiſtit
xj. q. iij. qui reſiſtit. Nam qui preceptum imꝑatoris
contemnit ſibi ipſi iudiciuꝫ acquirit ⁊ inter homines
penas luit ⁊ apud deum frontem non habebit. xj. q. j.
imꝑatores. Concludamus igitꝰ orbis imperiuꝫ iuſte
fuiſſe diuino iudicio apud romanos ⁊ apud Julium
ceſarem ⁊ Gaiuꝫ octauiū ⁊ reliquos ſucceſſores vſqꝫ
in noſtrum glorioſiſſimū Federicum.

**Lucidauit** ſatis ut arbi
tror ꝑ me deꝰ
romanorꝫ de orbis imperio iura ma
nifeſtiſſima ꝓterꝗꝫ his qui offuſcha
ri cupiūt inuidie nebulis. Nunc autē
ut finē huic ꝑmo libello ſicut pollici
tus ſum concludaꝫ diſcutiendū cenſeo ſi apud biſan-
tinos ſacra hec nunꝗꝫ iura fuerunt aut hodie ſunt vꝰ
eſſe poſſunt ſiue potius inuictiſſimos germanicos eē
dicendū eſt. Et dicerent ꝑfecto greci romanum impe
rium fuiſſe ⁊ eſſe adhuc apud ipſos. Nam conſtanti
nus glorioſiſſimus fauore beati ſilueſtri ⁊ totius ec-
cleſie ſancte dei elargita vrbe ipſi matri eccleſie. xij. q.
j. c. futuram eccleſiaꝫ. ⁊ de elec. c. fundamenta militan
tis eccleſie li. vj. ſedem imperij conſtituit in biſantum
xcvj. di. palea conſtantinus quod renunciare non po
tuiſſet in manibus pape vel alterius ꝑfecti nec etiā eiꝰ
ſucceſſores ſine licentia romani populi a quo recepit
imperij dignitatem. inſti. de iur. na. §. ſed qꝺ principi
⁊ l. j. §. cum autē de vete. iur. enucle. ar. l. legatus. ff. ꝺ
offi. preſi. l. ij. §. ⁊ cum placuiſſet. de origi. iur. xvij. q. j
conſaldus. nō enī poteſt quis officium renūciare niſi
in manibus ſuꝑioris a quo recepit dictis iuribus. ſi
ergo conſtantinus habuit ⁊ ſucceſſores adhuc hodie
poſſunt dici habere. ꝓ hoc videtꝰ tex. de ma. ⁊ obe. c.
ſolite. vbi papa ſcribendo enunciat conſtantinopoli-
tanum imperatorē ⁊ verba enunciatiua pape in ſuis
litteris ꝓlata quando ſuꝑ aliquo in quo ſuam inten-
tionem pontifex fundet ſunt ꝓlata ꝓbant: ut in cle. j.
de ꝓba. facit de priuil. ſi papa. li. vj. ſed papa in decre
tali ſolite fundabat intentū ſuū dicens: ꝙ ꝗ̄ꝗ̄ cōſtan
tinopolitanꝰ eſſet imperator tamen debebat conſtan
tinopolitanuꝫ patriarcham facere ſedere in parte ſini
ſtra in ſcabello poſito ad pedes ſuos. Ex quibus enū
ciet eum imperatorē tali enarrationi ut plene ꝓbatio
ni ſtandum eſt dicta clemen. j. de ꝓbatio. Et ſi eſt im
perator conſtantinopolitanus ergo non alter vniuer
ſalis erit vel eſſe poteſt cum talia iura nō niſi vni ꝑn
cipi dāda ſint. vij. q. j. in apibus. licet de facto aliquā
do duo fuerint ut ibi. his tamen nō obſtantibus hec
ſūma veritas eſt ꝙ imperium fuit iure apud conſtan
tinum ⁊ ſucceſſores grecos ceſares vſqꝫ ad quendam
ſucceſſorem alium conſtantinum ⁊ leonem eius filiū
ut dictis iuribus deinceps vero non. Nam aduerten
dum eſt ꝙ imꝑator protector ⁊ adiutor eſt eccleſie ⁊
debet illam defendere: de electio. venerabilem. ⁊ exal
tare papam debet. lxiij. diſtinctione tibi domino. et
tueri debet clerū. xcvj. di. c. fin. ⁊ miſerabiles ꝑſonas

xxiij.q.v.princeps.c.adminiſtratores. Item oportet ſci-
re ꝙ cum eccleſia ipſa romana opprimeret ab aſtulfo
longobardorum rege ipſa eccleſia petijt patrociniuꝫ
⁊ auxilium a dicto Cõſtantino tunc ceſare et a leone
eius genito: ⁊ cum preſtare patrociniũ recuſarẽt Ste
phanus papa ſecundus natione romanus tranſtulit
imperium in germanos: de elect.venerabilẽ.de iure
iuran.cle.romani. ⁊ datum fuit imperiũ primũ karo
lo francoꝝ regi ⁊ filio Pipinini: queꝫ Zacharias pa-
pa ante prefecerat regem francie remoto Ludouico:
ut.xv.q.vj.alius. ⁊ hic karolus papiam obſedit ⁊ de
ſideriũ impugnantẽ eccleſiam regem cepit: ut.lxiij.
di.adrianus. ⁊ facta fuit trãſlatio talis: Anno dñi ſe-
ptingenteſimo.lvj.ſm Goffre.uel ſm alios ſeptingen
teſimo quinquageſimo quinto: que tranſlatio cũ fue
rit iuridica amplius nõ fuerũt imperatores greci ſed
germanici qui electi legitimi demuꝫ ſunt ab electori
bus qui poteſtatẽ eligendi ab eccleſia ſuſceperunt.i.
ab vniuerſali collectione: dicto.c.venerabilẽ. ⁊ intel-
ligo modo eb eccleſia.i.ab vniuerſali collectione fide
liũqꝫ eccleſia. Nam ſolus papa nõ diſponeret uel con
cederet alicui ius eligendi imperatorẽ ſecularẽ: cum
hanc poteſtatẽ habere nõ reperiat̃. ⁊ licꝫ text.in.c.ve-
nerabilẽ.dicat ꝙ electores habent a ſede apoſtoſtoli
ca ius eligendi intelligit̃ mediate non ĩmediate. Nã
reſpectu illo habito ꝙ ſedes apoſtolica tranſtulit im
periũ in germanos: per hoc poſſunt dici electores ha
bere a ſede apoſtolica poteſtatẽ: ĩmediate vero pote-
ſtatẽ eligendi electoribus nõ poteſt cõcedere: quia il
lam nõ habet. Et ideo papa non poſſet ipſos illos ele
ctores priuare ⁊ ipſuꝫ imperatorẽ eligere: ut no.glo.
de re iudi.ad apoſtolice.li.vj.in glo.pe. Et ꝙ iuſta fu
erit talis tranſlatio nõ abſoluta poteſt oſtendi ratio-
nibus. Nam cum ipſi ceſares teneant̃ auxiliari eccle
ſie: ſi erant uel ſunt negligentes ꝯmittunt peccatũ gra
uiſſimũ: cum negligẽtia in principe ſit enorme pecca
tum.xxiiij.q.j.officij. Et ideo ſi moniti perſiſtũt in ta
li peccato ⁊ obſtinatiõe: certe ſuſpectã hereſim incur
runt.xl.diſt.ſi papa. ⁊ qđ ibi dicitur poſſeſſioqꝫ iuſte
anathematizari.xxiij.q.v.adminiſtratores. Et h̄ om-
nia ipſis grecis facta fuerũt: ſed cum nõ ꝓpterea pro
pter omĩa iſta ſe mouerint iuſte remoueri a principa
tu potuerũt: quia ex talibus peccatis ⁊ obſtinationi-
bus: etiam poſſet ipſe pontifex remoueri.xl.diſ.ſi pa-
pa. quãdo peccatũ eſt tale ꝙ ſcandalizat totã eccleſiã
dei: ⁊ põtifex ⁊ princeps in tali peccato obſtinati: nec
moniti recipiunt a pontificatu remoueri querunt ita
remouit ꝓpter talia piſanũ conciliũ Gregoriũ duode
cimũ ⁊ ſanctũ Conſtantienſe conciliũ Benedictũ aſ-
ſertũ pontificem duodecimũ: ⁊ ipſũ Gregoriũ iterum
remouiſſent: niſi in ſancta ipſa ſynodo viri ſi qđ ꝑten
debat in apoſtolatu renunciaſſet ut renũciauit. facit
ad hec que dixi.s̄. in prima qõne in reſponſionibus
ad prima argumenta in nona reſponſiõe. vnde meri-
to greci negligẽtes fuerunt priuati pro hoc: quia im-
periũ nõ debet eſſe extra eccleſiã noſtraꝫ.xxiij.q.viij.
cõuenior.j.q.j.§.ſed iſtud. ⁊.ff.de excu.tu.l.ſpadonẽ.
§.iam aũt. ⁊ ibi not.glo. ⁊.l.fi.C.de iudi. ⁊ in aut̃.iuſ
iurandũ quod preſta.ab his.in prin. ⁊.§.j.col̃.vj.et in
ꝓhemio inſtitu.in prin. licꝫ olim ante aduentum xp̄i
foret ſe ius generaliter in fi.ff.de ita not.glo.in dicta
l.fi.C.de iude. ſꝫ greci ſunt extra eccleſiã noſtrã. Naꝫ
ſũt ſciſmatici ⁊ ſic hẽtici.xxiiij.q.j.in ſũma. vñ eis nõ
põt imperiũ iuſte ꝯpetere: ſed eſt ex tali tranſlatione
apud germanos qui vere ſunt germani ſiue nobiles-
xxxiiij.di.c.quorum dam: ꝙuis hodie greci ab obſti
natiane remoti ſummuꝫ romanũ pontificem cogno
ſcant ⁊ eius adhereant vnitati remoto ſciſmate in q°
dicebant pontificatum eſſe apud conſtantinopolita
num epiſcopum: vt no.xxij.di.renouantes: ⁊ noſtruꝫ
regem romanorum federicum in ꝑncipem recogno-
ſcunt: vnde largo nomine grecorum dicitur impera-
tor: ut no.glo.de elec. venerabilem. ⁊ ſic reſpondent
ad.c.ſolite. Et ꝙ imperiuꝫ ſit apud germanos.i. theu
tonicos.eſt tex.de conſecra.di.v.c.in die. Et ſi eſt ꝙ ẽ
apud theutonicos iuſte hodie eſt apud piiſſimũ no-
ſtrum monarchiam glorioſiſſimum federicum: qui
canonice nemine diſcrepante electus eſt: ⁊ ab his ꝑn
cipibus qui de iure ⁊ conſuetudine poteſtateꝫ eligẽ
di receperunt: de elec.c.venerabilem. ⁊ merito elect⁹
eſt: quia vir ⁊ princeps eſt ſanctus ⁊ optimus ꝙ ei⁹
actiones oſtendunt: nam pro reparatione ſtatus ec
cleſie ſancte dei concilium conuocari fecit ꝓ ſuſtulẽ
do ſacrilego ſciſmate de dei eccleſia ipſa apud conſtã
tiam prouincie maguntine: que charitas alteri ꝑnci-
pi non contingit: ⁊ tamen ipſum ſciſma horrendum
xl.fere annis viguit in chriſti eccleſia ſponſa predicta
⁊ tandem annuente deo ⁊ fauentibus ſanctis oratio
nibus ſacratiſſimi auguſti qui non parcẽs laborib⁹
vel impenſe per omnia chriſtianoꝝ climata ꝑagrauit
ĩ italiaꝫ primum deinde in galliam aragoniam atqꝫ
angliam: ⁊ primum in germaniã illiricam ⁊ vngari
am ſublatum eſt ipſum horridum ſciſma renuncia-
tione gregorij ⁊ carceratione iohannis.xxiij.di. quẽ
ſancta ſynodus condemnauit ⁊ depoſuit ⁊ in carce
rem trudit: lꝫ poſtea ad cardinalatus officiuꝫ ꝑ marti
num quintũ reſtitutus extiterit in ciuitate flor̃. ⁊ dã
natione bñdicti.xxij.al̃.xiiij. cui orbis oĩs obediẽtiã
ſuſtulit ⁊ ipſe in mari apud paniſculũ opidum iniu-
ſtiſſimum aragonie ſe recluſit ⁊ ibideꝫ defunctus eſt:
⁊ a ſynodo ſancta ꝑfata elect⁹ extitit ſanctiſſime vite
vir proſapie nobiliſſime de colũna natione: et ex ba
ronibus vrbis dominus martinus romanus: cui re-
ligioſiſſimus ceſar ⁊ orbis vniuerſus vt vero apoſto
lico obedientiaꝫ prebuit ꝙ ĩperiũ nõ ſit apud grecos
ſed ĩ germanos: no. ⁊ tꝫ glo.vij.q.j.in apib⁹: ⁊ lꝫ papa
cum enũciat imperatorẽ: de maio. ⁊ obe.ſolite. illud
dꝫ ĩtelligi ꝙ fuit añqꝫ fuiſſꝫ fcã tranſlatio in germa-
nos: aut ſi tenes ꝙ poſt fuerit dicas ꝙ cũ illa enũcia-
tio fiat ibi a papa de facto alieno: poteſt tamen pro-
bari contrarium: ut nota.in dicta clemen.j. de pro-
batio. immo ſm aliquos ibi non facit probationem
nec tranſit onus probandi in aduerſarium: niſi fiat
motu proprio ipſius pontificis: vl̃ dicas ꝙ enuncia
tio pape etiam ſuper eo ſuper quo fundãt intentio-
nem non facit probationem quando iura canonica
aliud contra diſponunt eius quod enunciatum eſt:
ſed ſunt ad concordiam iura contraria reducenda: ut
intelligatur ꝙ de facto nominatur imperator in dcõ
c. ſolite. non de iure: cum de iure imperium non ſit
apud grecos. dicto.c.venerabilem. Vel dicas ꝙ lar
go modo dicitur imperator: vt notat glo. in dicto.c.
venerabilem. in verbo in germanos. vel dic: ⁊ hoc vi
detur verius ⁊ magis notabile ꝙ tunc enunciatiua
verba pape diſponunt vl̃ probationẽ inducunt quã-
do emanat circa id quod pontifex principaliter poſ
ſet diſponendo facere et inducere: ut ſi enũciat circa
ſpiritualia vel eccleſiaſtica. Si autem enunciatio eſ
ſet facta circa id quod papa ſua diſpoſitione non poſ
ſet principaliter inducere vel diſponere: ut circa me-
re temporalia ipſi non ſubiecta: de iudici.c. nouit
tunc talis enunciatio. Et ſi eſſet talis vbi pontifex fũ
daret intentionẽ ſuã nullã diſpoſitionẽ nec ꝓbatõeꝫ
ĩduceret inter nõ ſubditos pontifici. Nã ſi non põt

ſua principali diſpoſitione de nõ ſibi ſubiectis diſponere de foro cõpe.c.licet ex ſuſcepto. ⁊ d̃ iudi.c.nouit multo minus ſua enũciatione diſponet vel ꝓbationẽ inducet ſed diſponere de iure imperij ſecularis non ſpectat ad pontificem niſi in ſubſidiũ ut dictis iuribꝰ ergo nec enunciãdo de ipſo quicꝙ̃ diſponit. Et ideo dixi in queſtione iam de facto cum papa conceſſiſſet dñis quibuſdam in temporalibꝰ facultatez exigendi ſeptuaginta milia ducatorũ a clero ſuo eo quia dicebat in dictis ꝓuilegijs illos dominos temporales ꝓ eccleſia eẽ obligatos illuſtri comiti Guidantonio comitis montis feretri in dictis ſeptuaginta milibꝰ ducatorũ ꝙ ex talibus verbis ꝑ pontificem enũciatis ꝓbatur obligatio ꝙ dicti domini temporales eſſent obligati ad dictam quantitatẽ dicto illuſtri comiti iuribus ⁊ rationibus ante dictis. Et qꝛ vbi nõ poteſt conſenſus diſponere ibi nihil operatᷣ confeſſio ut eſt tex. in.c.ſup eo.de eo qui cognouit cõſangui.vxo.ſue.ad hoc quod ſcribitᷣ in.l.ſi forte.ff.de caſtre.pe. ⁊.l.ſi donatione.C.de collationibꝰ.ſic i noſtro caſu cum enũciat illũ imperatorez qui nõ ẽ.ex hoc nulla probatio vel diſpoſitio ſequitᷣ. Concludamus igitᷣ romanum imperiũ iuſte ẽe apud germanos ⁊ ꝑ ꝯſequẽs apud noſtrum monarcham iuſtiſſimũ Federicum cuius vota deus eternꝰ proſpere feliciter ⁊ ꝑpetuo ſecũdet.

Finit tractatus de poteſtate impatoris ac pape: ⁊ an apud papam ſit poteſtas vtriuſcꝫ gladij: ⁊ de materia conciliorꝫ qui appellatᷣ monarchia editus ꝑ excellentiſſimũ vtriuſcꝫ iuris doctorem dominũ Antoniũ de roſellis de aretio. Impenſiſcꝫ ⁊ arte Hermãni Lichtenſtein Coloniẽſis ẽ impreſſum anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo Non.caleñ. Iulij Venetijs.

Regiſtrum chartarꝫ

a
prima dimidia alba
In hoc libro
facit ⁊ alia rõ
do bene diſpoſito
firmant ⁊ hoc

b
vel quia ſit notoriũ
proprijs debet hec
tancꝫ dei miniſter
antiquitatis

c
dixi ergo
peccata ⁊c.
pa alias eſſet
xj.c.probatᷣ

d
tem pape:
nec eſſent numerandi
legarent nec
ſi electio poteſt

e
⁊.ij.ad corintheos
gelicam: de qua
prout quis errat
ctione aut quolibet

f
ſurgunt contra eum
⁊ erit perplexitas
Unde videtᷣ
ẽpus de preben.

g
eorꝫ nollet cõgregare
ſupponatᷣ quo caſu
vnus a principio
c.achatius

h
cõciliũ ſit opus
nõ eſt iudex
li.vj. Item ⁊
iura predicta

i
vt habetᷣ actuũ.xv.
c.dedit. ⁊ qñ
quare auctoritas
eſt tñ ꝙ nõ poſſit

k
ſupradictis reſponſio
que ſtricto modo
re vel diſponere
diuinũ ut in oĩbus

l
li.vj. Nam fateor
de reſcript.
Ex his ergo cõcluditᷣ
moniũ contractũ

m
poſſit conciliũ abſoluẽ
timus vere vel ficte
talibus ẽpus diſpenſat
iſta dicta. Itẽ dubitatᷣ

n
conſtitutũ in ſacris
cle.generalẽ
iura poſitiua
ſus orbis eſt vnũ q̃d

o
cuius ſñiam
cõiectura diuine
vniuerſus orbis

Operis pñtis de poteſtate pontificis maximi romanorūq̧ imperatoris quod monarchia inſcribitur ut longe inquiſitionis labor abſit ordinare ſequentem voluimus tabulaꝫ: in qua oīa ſūmatim ſūt poſita cū ſuis dubijs precipuis. Per principium nempe medium vel finem ſingularū columnarū: quarū ſunt quattuor charte cuiuſuis numero ſignate in fronte omnia ad loca ſua ſunt remiſſa.


Sacre romane eccleſie pontificem maximū vicariuꝫ chriſti: petri ſucceſſorem: qui cunctis preeſt dominiū principatū ue diuinorum ſeu ſpiritualium omniū in orbe ampliſſime poſſidentem etiam ſummuꝫ eſſe tenentiū temporalia: romanū quoq̧ ceſarem in ipſorū ſecularium cognitione ⁊ dominio ab eo ⁊ eccleſia dependere: ita ut apud chriſti ſūmi ſacerdotem vtriuſq̧ gladij.i. tam ſpiritualiū ꝙ temporaliū ſi non actu habitu ſaltem ſit ampliſſimus principatus in orbe roborationibus viginti cōcludit̄ charta 2

Ceſarem romanum pre omnibus a deo dominium hoc ſeculare ⁊ ciuile cohertioneſq̧ corporales ⁊ non a pontifice ſūmo recepiſſe: neq̧ imperium temporalium eſſe in ſacerdotio nec eſſe poſſe: neq̧ etiam xp̄m hoc habuiſſe ſed illud poti⁹ noluiſſe ⁊ abnegaſſe neq̧ nauicule ſue alicui exercitori vnq̧ cōmiſiſſe ſed potius ademptū tantūq̧ ꝑmiſſum ut ipſe chriſtus loculos habuit in quibus habitum ciuilis dominij p eccleſiam futuraꝫ habendi deſignauit quantū diuinus cultus nō deſereret̄ inopia circa principiū prime columne charte 6

Confutationes roborationū viginti ſuperius memoratarū circa principiū tertie colūne charte 9

Concluſio pontificem maximuꝫ dominiū habere diuinorū ⁊ ſpiritualiū omniū. Ceſarem vō terrenorum ⁊ temporaliū omniū ex antedictis: circa principium quarte columne charte 12

Pontificem maiorem eſſe ⁊ auctoritate ⁊ dignitate antecellentiaq̧ precedere ceſarem: circa principium ſecunde columne charte 13

Ceſaree poteſtati pontificem ſubiacere ⁊ eo inferiorem eſſe circa quaſi mediū ſecūde colūne charte 14

Quomodo pontificem inferiorem eſſe ceſare intelligimus: econuerſo ceſarem pontifici: circa principiuꝫ quarte columne charte 14

Pontifice ⁊ imperatore vel de materia ſpirituali vel temporali litigantibus inter ipſos quis iudicium interponat: circa finem ſecūde columne charte 15
Item circa finem tertie columne charte 18

Donationem patrimonij beati Petri factam a ceſare cum pleniſſima temporaliuꝫ iuriſditiōis executione ⁊ poteſtate nō tenuiſſe neq̧ valuiſſe in preiudicium ceſaris ſucceſſoris ſex roborationibus concluditur: circa medium tertie columne charte 15

Donationē dictam cum omni iuriſditione temporalium tenuiſſe ⁊ valere hodie adeo ꝙ pleniſſimū ius eccleſie in ipſis fuerit queſitum ut princeps nec aliquā poſſit exercere iuriſditionē i ipſo territorio ⁊ a nullo principe reuocabile ſit de cetero roborationibus nouem concludit̄: circa mediū ſecūde colūne charte 16

Licet conſtantinus ſm̄ diſpoſitionem palee conſtantinus. quā quidam apocrifam dicunt nō ſolum pontifici vrbem romam rerūq̧ poſſeſſionem quam hodie eccleſia tenet ⁊ poſſidet elargitus ſit ſed etiam partes oēs occidētales: tamē in rebus illis quas ad pñs eccleſia nō retinet ſed imperiuꝫ ſemp tenuit de donatione illaꝝ nō eſt amplius diſputandū ſed ſunt pleno iure ceſaris: circa principiū tertie colūne charte 17

De alijs autē rebus per eccleſiaꝫ adhuc hodie poſſeſſis veriſſima ſentētia tenuit donatio quo ad poſſeſſionem ⁊ proprietatē ⁊ rerū dominiū particulare etiaꝫ irreuocabilis quo ad ceſaris ſucceſſoris ſine cauſa ꝑ iudicium: ſed nō quo ad iuriſditionē totalē ⁊ ius imperij: imo cum cauſa ceſar ſicut ⁊ res ceteras priuatarum poſſet reuocare. ⁊ ideo ceſar habet in dictis bonis exercitiū directuꝫ: ⁊ hoc quādo ſe nō aſtrinxiſſet iuramēto ad nō exercendū: Jō etiaꝫ ſi futur⁹ impator nollet iurare iuriſditiones temporales in his rebus nō exercere non poſſet ipſe attingi. imo ſanctius poſſeſſiōe rerū eccleſie reſeruata ipſe imperator p ſe vel p ſuos miniſtros iuriſditione exercet quia iuriſditionis adminiſtratio talis minime ecclie eſt cōueniens circa principium quarte colūne charte 17

Per pontificē ceſar duntaxat ob reuerētiā dei ⁊ naturali iure. ut eccleſiā pontificē ⁊ clerum tueat̄ ad iuramentū reuerentie ⁊ nature aſtringit̄. ⁊ non ad iuramentū fidelitatis: circa quaſi medium quarte columne charte 18

Poteſtas pontificis maximi cui ꝑmū collata fuit circa finē quarte colūne charte 19

Petri ſedes quo in loco cōſtituta fuerit reſidentiaq̧ hr̄e principalē dicat̄: circa mediū ſcd̄e colū. char. 21

Poteſtates eccleſiaſtice cetere omēſ: an ſint a deo immediate: uel ab ipſa romana eccleſia ⁊ ſūmo pontifice: ⁊ an ad bene mūdi viuere neceſſe ſit. vnicā poteſtatem eſſe a qua ceteri deriuent̄: circa mediū quarte colūne charte 21

Pontificis maximi perſonā poſt Petruꝫ qui fuerūt hi qui olim eaꝫ determinauerint uel elegerunt: et qui eam hodie determinēt aut eligant: circa finem quarte colūne charte 25

Pontificis maximi forma eligendi quā ipſe nouam dare poteſt electioni future pontificis: que et qualis ſit tenēda a cardinalibus: caſuſq̧ dubios varioſq̧ ut plurimū circa electionē ⁊ eligentes emergentes: ⁊ q̄liter eis occurret̄: circa prin. tertie colū. charte 25

Pontifice electo exceptiones que ſint que cōtra eum ut pontificatū amittat opponi poſſunt: ut uel ex defecto cauſe agētis uel cauſe materialis uel cauſe formalis: circa finē quarte colū. charte 29

Pontificalis dignitas an ſemel acquiſita per habentem perdi poſſit: ⁊ primo propter renunciationē: circa mediū ſecūde colū. charte 32

Epiſcopalis ordo an largo modo ſit ordo diſtinct⁹ a preſbyterali: circa mediū quarte colū. char. 33


...dic
...mitti
...atū.ff.
...ba.leg. ⁊ bi
...d aduerte ꝙ te...

Pontificalis dignitas an perdat ꝑpter hereſim. circa finem tertie colūne charte 34

Pontifex an pōt dici ſimoniacꝰ ſiue cōmittere ſimoniam: ⁊ an pro tali delicto deponi poſſit: ⁊ an pro crimine alio ḡuiſſimo: preſertim ſcandalizāte eccleſiaꝫ: ⁊ papa in ſua obſtinatiōe remanēte deponeret. circa finem tertie colūne charte 35

Pōtifex an propter ſciſma poſſit a pontificatu deponi: forte ſi cōtingat ipſum ſciſmaticū fieri. circa prīcipium tertie colū. charta 36

Sciſmaticus quis proprie dicat. circa mediū ſecūde colūne charta 37

Pontifex an in ſciſma prolabi poſſit: ⁊ quibus rebꝰ ſciſmaticus efficiatur. circa principiū quarte colūne: charta 37

Pontifex de pontificatu cum alio cōtendens: uel alius ſecum cōtendens de ſciſmate: uel duo etiaꝫ nō pōtifices inter ſe de pontificatu cōtendētes: an dici ſciſmatici debeāt: ⁊ an deponi ꝑpter hoc poſſent a pōtificatu: circa finē quarte colū. charta 37

Pontificatū aliquo poſſidēte de eoqꝫ dicit ꝙ ipſum ex cauſis dictis amiſerit: aut iure nō retinet: uel quando ſint plures de ipſa dignitate ɔtendētes: quis tūc ſit iudex: uel ipſe met: uel collegiū cardinaliū: uel cōciliū. circa finē tertie colūne charta 38

Eccleſia vacante: poteſtate papali remanēte in ipſa eccleſia vniuerſali: qui ſunt qui cōcilium poſſunt cōuocare: ⁊ auctorare ſi opus eſſet cōcilio: circa finē prime colūne charte 43

Ceſar uel cardinales qui forte crediderūt vni ex iſtis pontificibus litigātibus nō poterūt ab ipſo diſcedere ⁊ ab ipſo ſe ſeparari cōſciētia ſalua cōuocare conciliū. Sed quid hoc caſu poſſint uel debent facere ſubditi: an licet ipſis a ſuo quē reputant pontificē ſeparare ſine diſcrimine ⁊ peccato: circa mediū quarte colūne charte 42

Cardinales an poſſent ante ſententiam concilij in caſibus predictis ad electionem alterius ꝑncipis procedere: circa finem quarte colūne charta 45

Sed ſi concilium haberi nō poſſet vel ſi eſſet habituꝫ concilium ⁊ declaraſſet eum hereticū vel apoſtaticuꝫ tunc ꝑſertim ſeculares principes ⁊ xp̄i fideles omnes poſſint inſurgere contra ipſum ⁊ eum ꝑſequi tanꝗ̄ antixp̄m ⁊ a pontificatu expellere: circa medium ſecunde columne charta 46

Si duo eſſent de pontificatu contendentes an liceat ſubditis ab eo quem reputant papaꝫ diſcedere: circa medium quarte colūne charta 46

An ſubditi debent ſeruare precepta vel timere cenſuras ⁊ excōicationes quas eidē ſuus pontifex faciat ī caſu quo recedant vel conciliū conuocent: circa fineꝫ quarte colūne charte 46

Pontifice nō exiſtente ſciſmatico vel heretico vel in iſta crimīa nō ꝑlapſo ⁊ tn̄ eſſet opus cōcilio ⁊ ipſe pontifex nō cōuocaret ſiue cōuocare nollet: ſed ſi ipſe excōmunicaret ab eo diſcedentes vel priuaret dignitatibus volentes conciliū cōuocare an tūc ſententie tales forent formidande: circa medium ꝑme columne charte 47

Quid ſit cōciliū circa finē ſecūde colūne charte 47

Quando conciliū ſit faciendū ⁊ ex quibus cauſis fiat ⁊ quis in dubijs circa pontificem contingentibꝰ poſſit eſſe iudex: circa quaſi mediū tertie colū. char. 47

Quis habeat auctoritatem conciliū conuocandi vel cōuocato auctoritatem preſtādi vel interponēdi: circa mediū ſecūde colūne charte 50

Qui ad conciliū ſpecialiter ſunt vocādi: circa mediuꝫ prime colūne charte 56

Que ſit forma vocationis concilij: circa principiū tertie colūne charte 56

Qui vocati in concilio vocem habeant ꝑſertim in iudicando ſiue ſtatuendo circa quaſi medium tertie columne charte 56

An vocati poſſunt ꝑ procuratores cōparere in concilio: circa finem colūne quarte charte 57

Qualis debet eſſe procuratoris forma vel perſona in concilio: circa mediū prime colūne charte 58

Quid de cōtemnentibꝰ venire ⁊ qui preciſe venire teneant: circa principiū tertie colūne charte 57

An opus ſit ut interſint due partes vocandoꝝ ſicut ī alijs vniuerſitatibus ut dicatur eſſe concilium: circa principiū prime colūne charte 59

Que cauſe poſſint expediri in concilio generali: circa finem ſecūde colūne charte 59

Quam poteſtatem habeat conciliū an ordinariā an delegatam: circa mediū ſecūde colūne charte 60

Qualis in cauſis debet eſſet eorū forma ⁊ proceſſus ipſius concilij aut ipſoꝝ dominoꝝ in concilio ꝓcedētiū: circa quaſi finē prime colū. charte 61

Que ſit pena impedientium venire vocatos ad concilium: circa finē ꝑme colūne charte 64

An debeant ſinguli reſpondere ſibi obiectis in concilio vel an poſſint conciliū ut ſuſpectum reuocare ſiue ius reuocandi domū petere: circa principiū ſecunde colūne charte 64

Quanto tempore debet durare concilium ⁊ quis habeat auctoritateꝫ diſſoluendi ⁊ quando diſſoluatur ſiue diſſolui poſſit: circa finem tertie colū. char. 64

Que ſententia potius attendenda ſit an pape ſolius an totius concilij vel maioris partis concilij pape ſententie aduerſantis circa finem tertie colū. char. 66

Pontifex maximus circa quos ⁊ vbi poteſtatem ha
bet an demū in terra ⁊ ſup homines an võ ſup alias
creaturas angelos videlicet vel animas in purgato/
rio indulgentias dando ⁊ ſic de alijs: circa finē pme
colūne charte 72

Pontifex in quibus habeat poteſtatem ⁊ primū an
poteſtatem habeat legem generalem condendo ſta/
tuere contra ius diuinum vel etiam p ſpeciale diſpen
ſando p̄ reſcriptū circa finem prime colū. char. 73

Pontifex an contra iura naturalia maxie contra na/
ture principia poſſit diſpenſare: circa finem ſecunde
columne charte 75

Pontifex an poſſit cōtra aplm uel ſtatutū eiꝰ vniuer
ſale vel euangeliū: aut vetus ſiue nouū teſtamentū: ſi/
ue fundamētū eccleſie militantis. circa principiū ter
tie colūne charte 78

Pontifex an poſſit contra ſtatutū vlis eccleſie. circa
principiū quarte colūne charte 78

Pontifex an diſpenſat cōtra ius poſitiuū preſerti qd
nō ſeruatū peccatū nutriat. circa principiū prime co/
lūne charta 79

Poteſtates ſpāles ⁊ diſpenſatiões plures per ordinē
eccleſie pōtificis ⁊ ſacerdotuʒ ceteroꝝ enarrant. circa
mediū quarte colūne charte 79

Poteſtates ſpāles ⁊ diſpenſatiões pontificis: an poſ
ſit inferioribus preſbyteris uel laicis dare ptātem ex
ercendi ea que ſunt ordinis epalis: uel q̄ ſunt tm̄ epo
reſeruata: uel ea que cōpetunt ordini preſbyterali in/
ferioribus clericis uel laicis poſſit demādare. Iteʒ ⁊
multe alie forme que per eccleſiā ſunt inuente: que ſi
nō fuiſſent inuēte nihil referret: lʒ q² eccleſia inuenit
ſeruāde ſint: ⁊ ſi aliqd obmiſſum fuiſſet de ordinatō
nibus eccleſie illud ſupplendū foret: ut cōſecratio ſa/
cerdotis: cōficiendi corpus xpi ⁊c. circa mediū quar/
te colūne charte 79

Pontifex ſi poſſit diſpenſare in matrimonio per ver
ba de pñti cōtracto. circa pn. ſecūde colū. charte 82

Pontifex an poſſit in voto ſolēni ɔtinētie diſpēſare
cū monacho ꝙ matrimoniū ɔtrahat. circa mediū pri
me colūne charte 83

Pontifex an potuit diſpēſare uel ſtatuere ſuper voto
cōtinentie ꝙ tale matrimoniū ad tēpus duraret do/
nec filiū maſculū ſuſcepiſſet. circa principiū prime co
lūne charte 85

Pontifex dato ꝙ nō potuerit taliter ſtatuere: an vale
at ſimplr diſpenſatio ꝙ poſſint cōtrahere nō obſtāte
voto cōtinētie reiecta illa expoſitiōe ɔditionis ꝙ du
ret vſqʒ filiū maſculū ſuſceperit: uel in totū vitiet diſ
penſatio. circa pncipiū ſecūde colū. char. 86

Pontifex an poſſit cū bigamo diſpenſare ut non ob/
ſtante bigamia uel alia irregularitate: q² forte vir ſit
ſanguinis poſſit ad ſacros ordines in preſbyterum ⁊
epatū pmouere. circa pncipiū ſecūde colū. char. 88

Pontifex an poſſit a iuramento abſoluere ligatū. cir
ca finē tertie colūne charte 88

Pontifex an poſſit diſpenſare in caſibus lege diuina
prohibitis in matrimonio. circa fineʒ quarte colūne
charta 88

Pontifex an poſſit cum homicida diſpēſare: ut poſt
peractā penitentiaʒ miniſtret in officio altaris. circa
principiū ſecūde colūne charta 89

Pontifex an poſſit cū ſimoniaco in ordine uel digni
tate aut beneficio diſpenſare. circa finem ſecunde co
lūne charte 89

Pontifex an poſſit diſpēſare cum illo qui ſcienter ſe
ſcit rebaptizari qui d iure pmoueri nō pōt. circa me
dium tertie colūne charte 89

Pontifex an circa impedimēta matrimonij ſpūalis
poſſit diſpenſare vtputa cōpater ſuſcipiat cōmarreʒ
⁊ ſic de alijs. circa finē quarte colūne charte 89

Pontifici maximi que ſunt ei tm̄ reſeruata in depo
ſitiōe epoꝝ ⁊ abſolutione diſpenſatiōe legitimatōe
circa beneficia ⁊ ſilia reſeruata i ſpūalibus. circa fineʒ
prime colune charte 91

Imperij romani ⁊ ceſaris iuſtiſſime ⁊ firmiſſime po
teſtates ⁊ origines fuerūt ⁊ hodie ſunt: circa principi
um ſecūde colūne charte 103

Imperiū apud ſirios babilonios olim ſic ⁊ hodie eē
⁊ iura vniuerſa permiſſu dei. circa mediū ſecunde co
lūne charte 103

Imperiū iniuſte apud romanos macedones uel ali/
os fuiſſe ⁊ hodie eſſe apud ceſareʒ. circa finē tertie co
lūne charte 103

Imperiū romanoꝝ iuſtū fuiſſe ⁊ hodie eſſe. ſecunda
da colūna charta 106

Romanoꝝ orbis terraꝝ imperiū quos ul fuit ul ho
die ſit uel eſſe poſſit iure pleno corroborationibꝰ plu
ribus roborat circa q̄ſi mediū q̄rte colū. char. 110

Finis tabule.